



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri Theologi, Institvtiones Morales

In Qvibus Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1616

Cap. Lib. Duodecimi sunt XVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14007

mero octauo. Ioannes Andrens in capitulo secundo, de prabend. Hoc autem locum habet in his, in quibus aliquis est capax potestatis & iurisdictionis, in alijs non item, testibus Abbate, & Ioanne Andrea in locis supr. citat.

Is enim qui ciuilliter possidere non potest, nec etiam præscribere potest: Et ideo laicus vi præscriptionis sibi non acquirit ius, & potestatem in his, quæ spiritualia sunt. Quare, vt ibidem proxime dicti Auctores affirmans, post pacem Constantiæ compositam inter Imperatorem Henricum, & ciuitates Italiæ, multæ ciuitates sibi compararunt mixtum, & merum Imperium, quum sit vnum ex his, quæ Principi referuantur.

Hinc etiam est, vt pleræque ciuitates Italiæ, & earum Domini acquirerint ius noua vestigalia imponendi, & antiqua augendi: cum tamen hoc non possit, nisi Princeps, vt fufius alio in loco dicemus.

Secundo quaeritur, Quorum sit Duces, Marchiones, & Comites creare? Respondeo, esse Imperatorum, Regum, & Romanorum Pontificum: ac ideo prædictæ dignitates, Regales esse dicuntur, quia nimirum eas dare, supremi solum Principis est.

Potest itidem Imperator, & Romanus Pontifex, vel Rex, in sua ditione alicui concedere nomen, & titulum Magni Ducis, vel Magni Marchionis, vel Comititis: ita tamen, vt id fiat saluo, & integro iure cæterorum Ducum, Marchionum, & Comitum, nec enim Princeps creditur cuiuspiam priuilegium concedere, quod iuri cæterorum noceat.

Item, prædictæ dignitates aliquando conceduntur à Principe, nomine, & iure feudi, cap. x. de his qui feudum dare possunt, & lib. 1. Feudo. vbi legimus. Feudum dare possunt Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, Abbatissa, Præpositus, si antiquitus eorum fuerit feudum dare. Marchio & Comes feudum dare possunt, qui proprie regni vel Regis Capitanei dicuntur. Et cap. 1. iii. Quis dicatur Dux, &c. lib. 2. Feudorum, Duces, Marchiones, & Comites dicuntur à Principe feudum accipere.

Aliquando vero eæ dignitates nomine, & iure feudi non habentur: cuius generis sunt ij Duces, Marchiones, & Comites, qui superiorem in Ciuilibus nec habent, nec agnoscunt, nec urbem, oppidum, castrumue cui præfunt, ab vilo acceperunt: quamquam existimo, Duces, Marchiones, & Comites olim ab Imperatoribus, vel Romanis Pontificibus beneficiarios, & tributarios, & vt vocant, Feudatarios esse constitutos: postea longissimi temporis lapsu feudum soluere desisse ipsi Imperatoribus,

Romanis Pontificibus conuenientibus, tacentibus & nihil petentibus.

Finis Libri Vndecimi.

IOANNIS AZORII LOR- CITANI E SOCIE- TATE IESV,

INSTITVTIONVM MORALIVM Pars secunda:

LIBER DVODECIMVS,

De Charitate in Deum quadam breuiter
dicuntur.

CAPVT I.

Hactenus, Deo bene fauente, egi de Charitate, quæ parentibus naturalibus, spiritualibus, ciuilibus, & consanguineis, siue cognatis, debetur: Reliquum est, vt nunc agam de Charitate, & Amore, quo quisque suum Proximum prosequi debet. nam ad quartum Decalogi præceptum reducuntur officia Charitatis in proximum.

Antequam vero de Charitate in Proximum disputo, pauca quædam repetam de Charitate, qua Deum amare ex toto corde debemus.

Primo quaeritur, Quanam ratio sit, qua Deus charitate, ex toto animo & corde diligitur? Scholastici Theologi in 3. distinct. 27. quaerunt his verbis: Quæ sit ratio, sub qua Deus est charitatis obiectum: Conueniunt omnes, Deum esse obiectum Charitatis, vt est primum, & summum, infinitum, ac immensum in se, & ex se, & per se Bonum. Vnde charitate diligitur Deus secundum omnem rationem absolutam, & relatum, qui est in se, ex se, & per se bonus. Dixi, secundum omnem rationem bonitatis absolutæ, & relatæ, quam habet in se, ex se, & per se, absque comparatione vlla ad res creatas: nam charitate diligimus Deum non solum iustum, sapientem, omnipotentem, sed etiam Deum Trinum & vnum, Deum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum: & hic amor est amicitiae, & beneuolentiæ, quia amamus Deum propter ipsam, non propter nos. Quare Amor est concupiscentiæ, non beneuolentiæ, & amicitiae. cum Deum diligimus vt creatorem omnium, gubernatorem, conseruatorem redemptorem, saluatorem, & datorem gratiæ, & gloriæ sempiternæ: tunc enim diligimus Deum ad bonum nostrum.

Dices: Quomodo ergo S. Thomas prima secunda quæst. 109. artic. 3. ad 1. ait: Charitas diligit Deum secundum quod est obiectum beatitudinis? Respondeo, S. Thomæ sensum esse, Deum esse charitatis obiectum, secundum omnem boni rationem absolutam & relatam, quam habet in se, & per se: non enim significat, Deum esse obiectum charitatis, vt est beatitudinis & gloriæ largitor & dator, sic enim Deus est obiectum Amoris concupiscentiæ, non beneuolentiæ.

Secundo quaeritur, An ad amandum Deum super omnia, & propter ipsam, & plus quam omnia, ponenda sit virtus quædam charitatis naturalis? Minime, quia virtus non ponitur nisi vbi in moribus aliquid est difficile, & arduum: at teste S. Thoma parte prima, quæst. 60. artic. 5. & prima secunda. quæst. 109. artic. 3. diligere Deum super omnia, hoc est, vt est primum, & summum in se, & per se bonum, naturale est: ergo non eget homo virtute ad Deum su-

Scot. 3.
d. 27.
q. 1. art.
2. Ca.
br.
ibid. q.
1. art. 3.
dub. 3.

per

per omnia diligendum, siquidem sua natura est propensus ad eum amandum super omnia. Quare vna sola est virtus charitatis Theologicae & supernaturalis, qua diligitur Deus secundum eam rationem boni absolutam & relatum, quam habet in se, & ex se, & per se. S. Thomas prima secunda, questio. 109. artic. 3. ad 1. sic ait: *Charitas diligit Deum super omnia eminentius quam natura. Natura enim diligit Deum super omnia, prout est principium & finis naturalis boni. Charitas autem secundum quod est obiectum beatitudinis, & secundum quod homo habet quandam societatem cum Deo. Sensus Angelici Doctoris est: Homo naturaliter diligit Deum secundum eam rationem boni, qua Deus est iustus, sapiens, vnus, infinitus & immensus, & denique primum, & summum bonum, ex quo fit, vt sic auctor, & finis omnium bonorum naturalium: & charitate diligitur multo altius, atque sublimius Deus, videlicet secundum omnem rationem boni, quam habet in se, & per se absolutam, & relatum, qua est omnipotens, vnus & Trinus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: qua boni ratione visa beati redduntur Angeli, & homines in Patria. Hinc fit, vt ad primum illum amorem in Deum virtus necessaria non sit, quia naturaliter homo sic Deum amat: at ponitur virtus charitatis supernaturalis ad amorem secundum, quia est quidam amor naturalis sublimior & altior.*

Tercio quaeritur, Quidnam sit amare Deum toto animo, & corde? Respondeo cum S. Thoma secunda secunda, questio. 44. artic. 4. esse amare Deum super omnia, quia tunc nulli alteri plura, aut potiora, & maiora bona volumus. Amare, est velle bonum alicui, teste Aristotele lib. 2. Rhetoric. capit. 4. Cum igitur Deo volumus plura & maiora bona quam alteri, tunc ipsum super omnia diligimus: volumus autem Deo plura & maiora bona, quia volumus ipsum esse omnipotentem, infinitum, immensum, primum, & summum bonum, quo nullum aliud bonum, maius esse, & cogitari queat. Is, qui vult in Deo non esse aliquid boni, quod habet in se, non amat eum super omnia, quia illi non vult omne bonum. Item, qui amat Deum super omnia, non solum vult illi omne bonum, quod habet in se, & per se, sed etiam omne bonum, quod ei vniuersa creata tribuunt. vult enim vt ab omnibus ametur, colatur, honoretur, & timeatur, & ei obedientia praestetur.

Quarto quaeritur, Quid sit amare Deum super omnia? Is affectu, & voluntate Deum super omnia diligit: qui vult vt ille omne bonum habeat, & omne bonum sibi debitum reddatur ei: quare qui vult, vt ille iustus non sit, aut ne vniuersa videat, aut ne sit malorum vindex, ac punitor, non amat Deum super omnia, affectu nimirum, & opere non amat. Quare peccator quamdiu peccator est, Deum non diligit super omnia affectu, vel effectu. Non affectu, quia vult tacite, & implicite, quamuis non explicite, ne turpe, quod vult, aut facit, displiceret Deo, aut ne Deus esset mali vindex, & punitor: effectu vero, & opere, quia contra Dei mandatum peccatum facit, aut in peccato lethali perseverat.

Quinto quaeritur, Quid sit Deum diligere plus quam omnia? Respondeo, primo Deum esse diligendum plus quam omnia, quia ei debemus velle maiora, & plura bona, quam alicui alteri. Secundo, quia eius amorem plura est mare iubemur, quam amorem alicuius alterius: ita vt si cogemur alterum amore relinquere, vel Dei, vel alicuius alterius, relinqueremus potius amorem rerum omnium creaturarum, quam amorem Dei. Tercio, Deus est firmitus, & fortius diligendus, quam quoduis bonum creaturam. Tunc vnus firmitus, & fortius amamus, quam aliud, cum illud amamus deposito, & posthabito amore alterius. Sic vir nobilis quamuis tenerius amet catulum, quam castrum: fortius tamen, & firmitus amat castrum, quam catulum: nam citius, & facilius deponit amorem catuli, quam castrum. Item fortius, & firmitus amat quis vnus, quam alterum, cum se grauioribus, & pluribus periculis exponit pro vno, quam pro altero. Quare charitas, qua

Deum amamus super omnia, non postulat vt Deum feruentius, vel tenerius diligamus, quam caetera bona, sed vt amemus fortius, & firmitus. Insuper amor intensior vnus rei, maior, & perfectior est remissiori: sed charitas non exigit, vt Deum amemus amore intensiori, dummodo amor Dei quamuis remissior sit, fortior, firmitus, & aestimatione maior, & talis, vt eo amore velimus Deo plura, & potiora bona, quam cuius alteri rei creatae.

Sexto quaeritur, Quid sit amare Deum propter ipsum? Is amat aliquem propter eum, qui amat illum propter bonum eius, non propter bonum suum. Diligit Titium, quia est per se bonus, & non quia bonus tibi est: amas illum propter ipsum, & non propter te: nam diligit eum sine vilo tuo emolumento, & commodo. Quare eum diligimus Deum, quia in seipso, & per se bonus est, & non quia nobis est bonus: quia amemus illum, etiamsi nihil boni ex eo nobis proueniret: tunc diligimus eum propter ipsum, & non propter nos.

Ex his intelligitur charitatis esse, amare Deum super omnia & plus quam omnia, & propter ipsum, & ex toto humano corde. Hinc etiam perspicitur, quare charitas in Deum sic virtus quae caeteris omnibus imperat: nam si diligit Deum super omnia, & plus quam omnia, & propter ipsum, omnia eius mandata seruabis, & omnia bona creata in ipsum referes: & proximum diliges propter Deum, videlicet, quia diuinum bonum participat; hoc est, capax, & particeps est beatitudinis, & gloriae sempiternae.

Colligitur etiam, charitatem sine fide, & spe esse non posse. nam si diligit Deum secundum omnem rationem boni, quam habet in se, & per se, absolutam, & relatum, videlicet qua est Deus, infinitus, omnipotens Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, reddens beatos, qui ipsum intuentur; oportet vt credas, & speres, & optes tantum bonum.

CAP. II.

De charitate in proximum.

Primo quaeritur generatim: Qualisnam amor intelligatur charitas in proximum? Intelligitur is amor, quo bonum volumus alicui propter ipsum, hoc est, etiam sine emolumento, & commodo nostro: aliquando enim quempiam amamus ob emolumentum, & vtilitatem nostram: nimirum, quia is vel delectat nos, vel prodest nobis: aliquando vero amamus etiam sine vilo commodo nostro: & tunc illum diligimus propter ipsum, & hic amor est charitatis: hunc amorem Ethnici Philosophi vocarunt benignitatem, charitatem, benevolentiam, beneficentiam, & amicitiam, & interdum etiam humanitatem: est enim hominis officium, vt alium diligat tanquam hominem, hoc est, eiusdem humanae naturae confortem; ac proinde tanquam socium eorundem bonorum participem.

Secundo quaeritur, Quotuplex sit amor benevolentiae in proximum? Est duplex, vnus naturalis, qui est naturali rationi consentaneus: alter supernaturalis, hoc est, quem habet homo à virtute charitatis infusae in cordibus à Deo, vt suum proximum diligat, etiam supra id, quod naturalis ratio praescribit. Naturali amore diligimus proximum, vt amicum, & humanae naturae, ac vitae participem, cum ei bona volumus, quae ad naturam, & motum honestatem pertinent: ac supernaturali amore complectimur proximum, vt amicum diuinum, sive vt amicum in Deo, & propter Deum, vt vitae, & gloriae sempiternae capacem, cum ei bona volumus, & optamus, quae ad gratiam diuinam, & aeternam vitam spectant. Naturalis amor est ad proximum, quia naturalis ratio mouet, ac praecipit, vt hominem diligamus propter ipsum. Vnde est diligendus iuxta rationis, & prudentiae praescriptum: At supernaturalis amor proximum amplectitur, quia Deus mouet, vel praecipit, vt diligamus. Quapropter est amandum

us homo non solum iuxta id, quod prudentia dicitur, sed etiam secundum fidei, & diuinæ legis, ac sapientiæ præscriptum.

Tertio quæritur, An sit in homine ponenda aliqua virtus specialis ad amorem benevolentiae, & amicitiae naturalis in proximum elicendum? Aristot. lib. 8. *Ethicor. cap. 1.* dicit, amicitiam inter homines, vel esse virtutem, vel cum virtute: & S. Thomas *secunda secunda, quæst. 23. artic. 3. ad primum* magis eo accedit, ut putet non esse virtutem à cæteris virtutibus moris distinctam, sed consequi virtutem. Certe non videtur esse specialis virtus, quia virtus specialis non ponitur, nisi cum est aliqua specialis in actu, & opere difficultas: at homo naturaliter est animal societatis, & amicitiae cupidum, utpote ad societatem natum. Item omne animal naturaliter diligit sibi simile. Quare sicut ad diligendum Deum super, & plus quam omnis, vna sola ponitur virtus charitatis infusæ: quia homini difficile, & arduum non est, Deum super omnia diligere, ut primum, & summum bonum, cum ad id sit sua natura propensus: at virtus charitatis infunditur, ut homo diligit Deum multo altius, & sublimius, quam natura diligit, ut capite superiori docui: sic ad diligendum proximum, ut nobis similem, hoc est, ut naturæ humanæ participem virtute speciali à cæteris distincta non egemus: sed ad diligendum proximum, ut gloriæ, & vitæ æternæ capax, & ut animal diuinorum & cælestium bonorum participes, opus est virtute charitatis diuinitus data.

Quarto quæritur, Quotuplex sit charitatis actio? Est duplex: vna interna, altera externa. Interna, interioris voluntatis affectu completur: externa in opere, & effectu consistit. Illa benevolentia dicitur, hæc beneficentia. Ex quo fit, ut charitas possit interiori voluntatis actu consummari, & perfici, cum videlicet volumus bonum alicui propter ipsum: quæ voluntas tunc est efficax, cum talis est, ut si opportunitas, vel occasio beneficiendi adesset, ad opus, & effectum perduceretur.

Quinto quæritur, Quo differat amor benevolentiae, qui est in proximum, ab amore concupiscentiae? Differt in hoc, quod amore benevolentiae volumus bonum alicui propter ipsum, hoc est, sine vilo emolumento nostro, sine absque vilo, quod nostra interfit: at amore concupiscentiae volumus bonum alicui causa nostri emolumenti, & commodi. vnde hic amor non est charitatis: charitas enim est gratuita, hoc est, gratis amat, non causa nostri commodi: amor concupiscentiae est mercenarius.

Sexto quæritur, Quo modo beneficentia sit charitatis actus vel officium, cum aliarum virtutum opus esse videatur? Respondeo, beneficentiam, esse actum charitatis externum, eadem ratione, qua benevolentia est actus internus. Nam quemadmodum benevolentia est charitas, cum volumus bonum alicui propter ipsum, non ex alia causa: sic etiam beneficentia est charitas, cum facimus alicui bene propter ipsum, sine alia causa. Verbi gratia, si velimus bonum Titio, quia noster pater est, aut quia frater, aut filius, pietas est: si velimus id bonum solum propter ipsum extra vili emolumentum nostrum, charitas est. Facimus Titio bene, quia ipse prius de nobis bene meritus est, actus est grati animi. Si facimus bene alicui, quia id bonum illi debemus ex pacto, contractu, vel quasi contractu, iustitiae officium, & opus est: at si faciamus gratis propter ipsum, est actio charitatis.

Dices, Quomodo differat actus liberalitatis ab actu charitatis? Quando item donatio facta alicui erit actus liberalitatis, & quando actus charitatis? Siquidem quod liberaliter, aut gratis fit, aut datur, absque vilo emolumento, aut commodo nostro fit, aut datur. Respondeo, actum liberalitatis ab actu charitatis distingui, quod is qui liberalis est, ideo de altero bene meretur, hoc est, ideo donat alteri, qui vult liberalis esse: quemadmodum etiam qui magnificus est, sumptus & impensas facit non ob aliud, nisi ut magnificus sit in sumptibus, & impensis: liberalis pecunias, & alia sua bona in alios confert, ut sit li-

beralis in eos. At vero is, qui ex charitate diligit, facit proximo bene, ut non liberalis, vel magnificus sit, sed quia amat hominem propter ipsummet. Materia subiecta, in qua liberalitas versatur, est pecunia, & quoduis aliud temporale bonum pecunia æstimabile. Materia vero magnificentiae subiecta, sunt impense, & sumptus in pecuniis, & aliis bonis, quæ pecunia æstimantur. Materia autem charitatis, est quoduis bonum animæ, vel corporis, quod in proximum conferimus, vel ei volumus. Liberalitas ergo consistit in distribuendis gratis pecuniis, & aliis bonis, quæ pecuniæ æstimacionem habent: magnificentia, in faciendis prudenter impensis, & sumptibus: charitas autem in volendo, & conferendo bonum proximo propter seipsum.

Septimo quæritur, An eadem specie charitatis actu proximum diligamus, quo diligimus Deum? Responderet Sanctus Thomas *secunda secunda, quæstione vigesima quinta, articulo primo*, eodem specie actu quo diligitur Deus, diligi proximum, quando cumque diligitur propter Deum, hoc est, propter bonum diuinum, quod est in eo, videlicet, diligitur, ut est diuinorum bonorum participes, siue, ut est diuinus quidam amicus, siue ut est amicus in Deo, vel propter Deum, siue ut est amicus Dei, hoc est, quem Deus vult diligi propter ipsum, & amor in eum gratus, & acceptus est Deo. *Quemadmodum*, inquit, *vna & eadem est specie visio, qua videtur lumen, & qua videtur color propter lumen.* Secus vero est, si proximus diligitur ob proprium bonum, quod est in eo: ut si ametur, quia consanguineus, vel quia cuius est. *Sicut*, inquit idem Sanctus Thomas in responsione ad primum: *Si quempiam timeas, quia tyrannus est, vel crudelis, vel excisiosus tibi est, non times illum eodem timore, quo Deum: si timeas quia minister Dei est, & ipse vices gerit in terra, vel quia ipsum Deum refert, eodem timore times illum, quo metuis Deum.* Hinc est, ut docet idem S. Thomas *ibidem in responsione ad secundum*, ut non colamus, & veneremur eodem specie actu proximum, quo Deum: quia cultus, & honor defertur homini ob eius superalios excellentiam: at non est eadem excellentia Dei, & hominis.

Octauo quæritur, An vno, & eodem numero actu diligamus Deum, & proximum, cum hominem propter Deum amamus? Respondeo, aliquando nos duobus actibus amare, aliquando vno tantum actu. Sunt duo actus distincti, cum amamus proximum ex amore priori erga Deum: tunc enim amor in proximum oritur, & existit tanquam ex causa ex amore in Deum: at vero est vnus tantum actus, amor in proximum propter Deum, cum amamus proximum, ut diuinorum bonorum participem: tunc enim amor in proximum non nascitur ex alio actu expliciti amoris in Deum, sed versatur circa proximum propter Deum ipsum, tanquam propter rationem, & causam primariam amandi proximum. Sic etiam cum quis odio habet peccatū propter Deum, aliquando sunt duo actus: vnus, qui est amor in Deum, & ex hoc procedit ille: Aliquando est vnus actus dumtaxat, videlicet odium peccati, quatenus odium est Dei mandatis contrarium. Similiter etiam cum diligimus medicinam propter sanitatem, sunt interdum duo actus: vnus, quo diligimus sanitatem, ex quo fit, ut medicinam diligamus: interdum est vnus actus tantum, cum videlicet diligimus medicinam, ut salutarem, & commodum, & vtilem sanitati.

Nono quæritur, Quo modo amor proximi propter Deum, sit amor benevolentiae, & charitatis, & non concupiscentiae? Siquidem tunc amamus proximum, ut est aliquid Dei, videlicet, ut seruum, vel creaturam Dei, talis enim amor est, cum amamus res rationis expertes, ut sunt creaturæ Dei. Respondeo, amorem esse concupiscentiae, cum amamus hominem, ut creaturam Dei: at talis non est amor charitatis in proximum propter Deum: quia tunc amamus proximum propter ipsum, sed non tanquam primarium charitatis obiectum, sed tanquam secundarium; quia amamus illum, ut diuinorum bonorum parti-

cipem,

cipem, & ideo diligimus eum, & propter se, nimirum quia est bonus non solum bonitate naturæ, ut est homo, sed bonitate diuina, ut est capax gloriæ, & vitæ sempiternæ.

Decimo quaeritur, *Quenam sint illa, quæ ex charitate diligimus?* Respondeo, ex sancto Thoma questione vigesima quinta, articulo secundo, in hunc modum: Per amicitiam amatur aliquid dupliciter: vno modo, sicut amicus, cui bona volumus: altero modo, sicut bonum, quod amico volumus. Primo modo amatur Deus, Angelus, & homo. Secundo modo amatur per charitatem ipsa charitas: quia est bonum, quod volumus, & optamus omnibus. Sic etiam amantur creaturæ rationis expertes: nam per charitatem, volumus ut sint, & conseruentur ad honorem Dei, & utilitatem hominum: sic enim etiam Deus ex charitate diligit eas. *Sanctus Thomas secunda secunda, questione 25. art. 3.*

Item, ex charitate quisque diligit seipsum, non quod sit amicitia eiusdem ad seipsum, nam amicitia est ad alterum: sed quod quisque sit particeps Dei: & ita quisque seipsum amat propter Deum. *Sanctus Thomas eodem libro, & questione, art. 4.*

Quisque item ex charitate diligit corpus suum: tum quia eo uti possumus ad honorem Dei, & boni nostri; tum etiam quia est aliquo modo particeps beatitudinis sempiternæ, *Sanctus Thomas ibidem, artic. 5. ex Augustino epistola quinquagesima sexta, & libro de doctrina Christiana, cap. 23. & 26.*

Peccatores quoque diligendi sunt ex charitate, non quatenus peccatores sunt, sed quatenus homines capaces, & particeps gloriæ æternæ. Et ita amantur propter Deum, *Sanctus Thomas eodem loco, art. 6.*

Angeli etiam ex charitate diliguntur propter Deum, quia sunt particeps bonorum diuinorum, *S. Thomas quo dixi in loco, art. 10.*

Dæmones ex charitate non diliguntur, quia secundum legem diuinam non sunt beatitudinis capaces: at ex charitate volumus eorum naturam esse ad gloriam Dei. *S. Thomas in eodem libro, & quest. art. 11.*

C A P. III.

De diligendis inimicis.

Primo quaeritur, An præcepto charitatis inimicos diligere cogamur? Respondet sanctus Thomas in secunda secunda, questione 25. artic. 8. iure, & præcepto diuino, & naturali compelli nos ad inimicos amandos, quoniam *Matth. 5. dicitur est à Domino: Diligite inimicos vestros: nam in inimico tria possunt considerari: Primum, quod inimici nostri sunt, quatenus nobis male volunt, & nocent: & hoc nequaquam est in illis diligendum, nam sic peccatum diligeretur: Alterum est, quod homines sunt, & nostræ naturæ confortes: & hoc iure ipso naturali in illis amare compellimur. Tertium est, quod homines sunt, & gratiæ diuinæ, & vitæ æternæ particeps: ac ita præceptum diuinum habemus à Domino, ut inimicos diligamus.*

Quod si obiciatur, vnamquamque rem suam odisse contrarium; sicut ouis odit lupum, aqua ignem, & lux tenebras? Respondeo, cum *S. Thoma loco superius allegato in responsione ad secundum, inimicos non esse diligendos secundum id, quod nobis contrarium, & aduersum habent, sed secundum id, quod homines sunt, & diuinæ gratiæ, ac supernaturalium bonorum capaces.*

Si iterum opponas, Philosophorum esse dogma, ut amici diligantur, & odio habeantur inimici, nam à contrario valet argumentum: Amici sunt diligendi, ergo inimici sunt odio prosequendi, & 2. *Regum cap. 19. quasi exprobrando dixit Ioab dux militiæ ad Dauid: Diligis odientes te, & odio habes diligentes te, &c.* Respondeo, cum eodem *S. Thoma ad tertium argumentum solum probati, non esse di-*

ligendum in inimicis, quod sint nobis contrarii, & aduersi, sed quod homines sunt, & eorundem bonorum, quorum nos sumus confortes. Et hoc est, quod Philosophi tradiderunt: & quod argumentum à contrario sumptum concludit. Nam siamicus, quia amicus, est diligendus, odio prosequendus est inimicus, in eo quod est inimicus, quod est dicere, odio habendum est in inimico, quod is nobis aduersetur, & noccat.

Secundo quaeritur, An inimicis tuta conscientia possumus velle, vel optare malum, & lætari de malo ipsorum, aut de eorum bono contristari? Certum est, absque peccato posse nos velle, vel optare malum inimico, non quatenus malum, sed ut bonum est; videlicet, ut respiscat à malo, ut emendetur, denique uti neminem lædat. Nam hac ratione corripimus, flagellamus, & castigamus, quos in nostra potestate habemus, ut ad meliorem vitæ frugem conuertantur. Vnde *S. Gregorius lib. 22. Moralium cap. 11. ait: Euenire plerumque solet, ut non amissa charitate, & inimici nos ruina lætificet; & rursum eius gloria sine invidia culpa contristet: cum & ruente eo, quosdam bene erigi credimus, & proficiente illo plerumque iniuste opprimi formidamus.* Et sanctus Thomas secunda secunda, questione trigesima sexta, articulo secundo: *Cum aliquis, inquit, dolet de bono alicuius, in quantum ex eo timetur nocentum, vel sibi ipsi, vel etiam aliis bonis, talis tristitia non est invidia, & potest esse sine peccato.* Quem locum explicans Caietanus: *Qui timet, inquit, alium ne opprimatur ab eo, vel ne ius violetur, aut diuinus cultus conculetur ob potentiam illius; & propterea contristatur de eius potentia, non peccat: cuius signum est, quod si possit, illum tali potentia priuarer, & id faceret absque peccato.* Sic ille. Tota ratio huius est, quia non odio habemus, quod est bonum in inimico, sed quod est in illo malum, videlicet, quod iura violat, quod bonos vexat, quod diuinum cultum spernit. Quare cum nos contristat: bonum illius, videlicet potentia, aut felicitas, contristat nos non bonum, sed malum, quia tali potentia, aut felicitate mali opprimuntur: Et cum gaudemus de malo illius, gaudemus non de malo, sed de bono, quod inde consequitur, scilicet, quod castigatus respiscat. *Vexatio enim, ait Isaias, dat intellectum.* Hinc intelligitur, quo pacto, siue culpa possit quis desiderare mortem Tyranni, Turcæ, aut prædonis, vel Hæretici, nimirum desiderat, ut vel à Deo flagellatus, vel bello iusto deuictus, vel à iudice condemnatus intereat, ne persequatur bonos, & ut à malo desistat.

Tertio quaeritur, An licitum sit inimicum excludere à communibus beneficiis, cum ea communiter in alios conferuntur? Respondeo, ex his, quæ habet sanctus Thomas in secunda secunda, questione vigesima quinta, articulo nono, & Caietanus ibidem, *Gabriel item super Canonem, Missa, lect. 76. littera C. Syluester in verbo, charitas, questione sexta. Nauarrus in Manuali capitulo decimoquarto, numero 25.* Id licitum non esse, verbi gratia, si ores communiter pro omnibus excluso inimico, peccas, quia quamuis orare, nullo præcepto cogaris; at eo ipso quo precaris pro omnibus, ne quis tuta conscientia inimicum excipere. Pari ratione si elemosynam communiter distribuas in pauperes certi cuiusdam loci, peccas si inimico pauperi illius loci elemosynam deneges. Si ad commune conuiuium inuites cognatos, vel vicinos tuos, & inimicum cognatum, vel vicinum tuum prætermittas, id non facis tuta conscientia. Hinc etiam est, ut qui salutat aliquos sibi obuios, nequeat inimico officium salutationis subtrahere. Secus est, quando inimicus relinquatur vna cum quibusdam aliis, qui inimici non sunt.

Quæres, An cum quis personæ publicæ vice, & officio fungitur, licite inimicum excludat à beneficio, quod communiter in alios confert? Distingendum est: Aut id facit, inimicum legitime, secundum iura puniundo, aut secus. Si primum, non peccat; ut si Rex, vel Princeps, vel Magistratus, siue iudex liberet à carcere, vel exilio, vel pœna capitis, vel multa pecuniaria reos, & inimicum, alioqui eandem pœnam committeret, non liberat, quia

inimicum punit, non alios: Si secundum; id licite non facit.

Quarto quaeritur, An inimicum occurrentem nobis salutare verbo, vel signo cogamur? Gabriel loco citato, ait, cogi nos vi praecepti charitatis, quia debetur saluatio omnibus occurrentibus; nisi ex tali saluatione inimicus deterior fieri probabiliter videretur. Sic ille. Respondeo, ex his etiam qua habent Caietanus, Syluester, & Nauarrus locis etiam supra citatis, non cogi nos ad id faciendum, si ex natura rei, & per se loquamur, quia saluatio est speciale benevolentiae signum, ac proinde inimico non debetur. Secus vero est, si ex accidenti loquamur, puta, si offensus inimici, vel alicuius alterius; vel si more patriae, vel gentis, quotquot sunt sibi obuii, se inuicem saluent: tunc enim saluatio vsu communiter recepta omnibus debetur, ac proinde, nequit tuto denegari inimico. Et hoc est, quod dixit Gabriel. Quid si saluatione, inimici animum placauerimus, ita vt saluatus ille, omnem iram, odium, & offensionis affectum deponat, eum ne tunc salutare debeamus?

Probabile videtur, quod ita sentit Gabriel loco citato, tunc ad salutandum illum charitatis praecepto compelli: quia si fratrem errantem corripere debemus, si spes adest emendationis illius, vt illum Domino lucremur: ergo vt inimicum Deo, & nobis reconciliemus, iure cogimur ad eum salutandum, si quidem spes probabilis adest lucrandi illum saluatione nostra. Item si is, qui nos offendit, & ob id tanquam inimicus reparatur a nobis, Princeps sit, vel primarius vir, cum salutare cogimur, vt ante consueueramus, alioquin enim, vel alios offenderemus.

Quinto quaeritur, An inimicum non salutantem resalutare debeamus? Reuera debemus; nam alioqui in aliorum, vel ipsius inimici maiorem offensionem incurremus, causam videlicet praebendo, vel maioris odii aduersum nos, vel maioris irae, & vindictae. At vero si inimicus noster fuerit longe inferioris conditionis, nimirum si seruus aut subditus ille fuerit, probabiliter credi potest non esse lethale peccatum, si Dominus, aut superior illum non resalutet: nec is rationabilem causam habet, vt maiori proinde odio, vel ira aduersus Dominum, aut superiorem moueatur.

Sexto quaeritur, An charitatis praecepto cogamur ad ostendenda inimico amoris signa, & indicia? Respondeo, communi esse sententiam ad id faciendum nos non obligari, quandoque signa sunt specialia, quamuis praeparato ad id animo esse debeamus, si necesse fuerit. Ita Syluester verbo Charitas, questione quinta, & Caietanus, & Gabriel, & Nauarrus locis supra citatis. Imo contingere potest, vt ex familiari nostro sermone, cum inimico is, vel audacior, vel insolentior, ac efferator fiat, vel obstinatio ac peruicacior: & tunc praestat illum excludere a familiari nostra consuetudine, vt Syluester ait.

Quares, Quando nam necesse est talia specialia amoris indicia inimico exhibere? Respondeo, tunc cum alii multi offenduntur, si ista deteguntur. Deinde cum inimicus grauius periclitatur vel corpore, vel animo, vbi tales amoris significationes non dantur: potest enim accidere, vt quis eo ipso graui morbo cotripistur corporis, vel animi. Item si huiusmodi specialia amoris symbola fuerint maxime vtilia, & salutaria ad lucrandum inimicum, hoc est, ad reconciliandum illum nobis, & a peccato auocandum, cogimur talia ei signa, & argumenta praebere, nimirum, vt fratrem Christo lucremur.

Ex his intelligitur, quid sit dicendum, quando aliqui in eadem domo, vel Collegio, vel vicinia commorantur, & inter eos est inimicitia contracta: tunc enim raro talia specialia signa denegari licite queunt: quia frequenter plus offensionis, vel irae, vel odii in aliis concitatur.

Septimo quaeritur, An inimico veniam petenti reconciliari cogamur, siue pacem cum illo componere? Respondeo, tunc id facere nos debere: nam secus si fiat, procul dubio, vel maioris odii, vel irae, vel offensionis causam dabimus. Deinde eo ipso inimicus idoneus, & legitime fa-

tis facere nobis videtur: ac proinde remittere noxam, charitatis praecepto cogimur. Hoc autem locum habet, quando debito modo veniam petit: nam si vel sic, vel frigidè, vel superbe, petent, ei veniam dare, nos minime compellimur.

Quid si statim atque nos inimicus iniuria affecit, veniam petat? Tunc non cogimur ad ei veniam dandam, quia recentia vulnera non statim sanantur, & difficile est, ac ferre violentu, statim noxam ledenti remittere, cum adhuc sedata animi perturbatio non sit, & recens sit iniuria, & vulnus acceptum. Quin imo si maiora, & plura igdem mala probabiliter timeantur oritura, veniam dare non cogimur. Hinc etiam intelligitur, quid nobis factu opus sit, cum rogamur, vt veniam inimico demus, siue vt illum nobis reconciliemus. Nam tria sunt, quae ex inimicitia nascuntur, videlicet odium, ira, & subtractio eorum, quae re ipsa amoris significationem habent, & ius contra inimicum agendi coram iudice, vt iniuriarum nobis illarum satisfaciatur, vel damnum datum resarciatur, & compense. Odium statim est deponendum: ira quoque, & vindictae cupiditas abiicienda: significationes etiam amoris communes exhibendae; at specialia non item, nisi eo modo, quo diximus supra.

Dubia vero quaestio est, An remittere quoque debeamus iniuriam nobis illatam? Et dicendum est, neminem ad id faciendum praecepto compelli, nisi is, qui nos offendit, idoneus, & debite satisfecerit, vt colligitur, ex cap. Si quis constitutus, dist. 9. & ex Glossa in cap. Apostolica, de sententia, & re iudicata in 6. & cap. Innotuit, de Maled. iure enim peti potest aestimatio iniuriae, qua quis est affectus etiam ultra id, quod sua interest, cap. Quoniam, de Immunit. Ecclesiarum in 6. Nec itidem praecepto cogimur, damni, quod passi sumus, compensationem dimittere: nam id iure peti potest. Quares, An dimittere debeamus poenitentiam lege taxatam? Respondeo, nos minime ad id praecepto obligari, cum is, qui nos offendit, soluendo est, secus vero, si soluendo non sit.

Octauo quaeritur, Quamnam sint signa pacis, & reconciliationis inter homines: Diversa sunt pro varietate nationum: aliquando est osculum, vel amplexus, vel digitus in altum sublatus, vel mutua saluatio, vel familiare colloquium, vel epulum pro more gentis, vel patriae.

Nono quaeritur, An qui salam offendit alium, debeat veniam petere ab eo, vt sibi ignoscat? Ratio dubitandi est, quia Christus Dominus ait: Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te; relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum. Respondet Gabriel loco citato, vers. secundum dubium est. Si is, qui offensus est, praesens non est, nec ad eum commode patet accessus, sufficit interna animi reconciliatio. Si vero praesens est, aut commode ad eum ire potest, qui offendit, debet ab eo veniam petere. Id probat Gabriel testimonio Glossae, & Lyrae, & Hugonis Cardinalis super ea verba Christi Domini, & consuetudine recepta: non enim Ecclesia reum absoluit, nisi satisfaciatur ei quem laesit.

Decimo quaeritur, Quid dicendum, quando duo se vicissim offenderunt: vter eorum scilicet prius alteri reconciliari debeat, aut veniam petere? Respondeo, si quidem caetera sint paria, eum, qui prius offendit, cogi ad veniam petendam: alioquin enim qui posterius offendit, si vel grauius multo offenderit, vel longe inferioris conditionis iuerit, prius debet veniam petere, vt alteri reconcilietur. Quod si dobia res est, vter prius alterum offenderit, standum est, vel confessarii, vel alterius boni viri arbitrio.

C A P. I V.

De ordine charitatis erga proximum.

Primo quaeritur, An charitatis erga proximum sit aliquis ordo tenendus? De hac quaestione Magister in tertio sentent. dist. 29. & ibi Doctores, & S. Thomas secunda secunda, q. 26. ex quo habentur, quae sequuntur: Primum, in diligendis proximis certum quandam ordinem esse, ita vt vnum plus quam alium diligere debeamus;

quia

quia vni plus quam alteri plura, maiora, & potiora bona velle, præcepit: compelluntur: non quod huiusmodi bona semper ei, quem magis diligere debemus, re ipsa præstare cogimur, sed quod animo parato esse debeamus, vt eum si iudicet, alteri præferamus.

Secundo, quisque seipsum, & suum corpus, & suas res, plus quam proximum, aut eius corpus, vel res charitate diligere debet. hoc autem locum habet in charitate supernaturali, secundum quam quisque debet sibi ipsi bona gratiæ, & vitæ æternæ plus quam alteri: neque enim salus animæ licite amitti potest, aut periculo obici, vt saluus proximus noster sit. Pari ratione, corpori nostro, vt est æternæ beatitudinis capax, id boni optare cogimur plus quam corpori proximi nostri. Similiter res quatenus sunt ad nostram æternam salutem necessariæ, plus diligere debemus, quam rem alterius proximi.

An vero id etiam locum habeat in charitate naturali, in dubium verti potest, nempe an vitam corporis perderelicite possimus, vt proximi, vel amici nostri vitam seruemus? Verum de hac q. inferius dicam. In præsentem loco satis sit adiciere, quod attinet ad virtutes morales animi secundum charitatem naturalem, etiam eas quisque debet velle sibi plus quam alteri. Neque enim ratio permittit, vt honestatem, vel virtutem animi perdas, vt eam in amico, vel proximo conserues: quis enim dicat te posse turpiter facere, ne proximus turpiter agat? Hæcigitur, inquit Cicero libro de amicitia, *primæ lex in amicitia sanctatur, vt neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati.* Turpis enim excusatio est, & minime accipienda in peccatis, si amici causa fecisse fateamur.

Tercio loco charitatis plus est diligenda anima proximi alicuius quam corpus nostrum, hoc est, præferre debemus salutem, & vitam animæ alterius, vitæ, & salutis vobis corporali: ita vt si necesse sit, corpus nostrum amittamus, ne pereat spiritualis proximi vita. Hoc enim nos suo exemplo Christus edocuit, quippe qui mortuus est, ne nos in æternum damnaremur: vt si Turca coegerit Titium fidem abnegare, & ego possem verbo, aut facto eum in fide confirmare, deberem, etiam si vitam corporis amisurus essem.

Quarto, vt docet sanctus Thomas in secunda secunda, questione 26. articulo 7. Sciendum est, duplicem ordinem in charitate posse perpendi; aut ex obiecto charitatis, aut ex parte diligentis: quatenus quis magis minusve est Deo coniunctus, eo magis minusve diligere debet, secundum ordinem sumptum ex obiecto charitatis, quia tunc in illo magis, aut minus est participata ratio obiecti charitatis. At prout quis magis, aut minus est nobis coniunctus, magis, aut minus diligitur secundum ordinem acceptum, ex coniunctione nobiscum habita. Quare recte sanctus Thomas ait, plus diligere debere meliores, quam qui sunt nobis sanguine propinquiores, quod attinet ad speciem, & rem obiectam amoris. Id autem ea ratione probat, quia species charitatis sumitur ex re obiecta: res obiecta est Deus, diuinumque bonum, ergo sanctiori, & meliori maius Dei bonum optare, & velle debemus: alioqui minus digno maius bonum, & præmium optaremus. Nam si quis sanctior, & melior est, acceptior, & gravior est Deo, & maioris gratiæ, & gloriæ capax, siue maiori vitæ æternæ præmio dignus: ac proinde maius Dei bonum ipsi debetur. Nihilominus vero his, qui sunt nobis propinquiores, quamuis minus eis Dei bonum velimus, id tamen velle possumus vehementiori affectu, & pluribus de causis. Verbi causa, Titius est sanctior, quam Caius consanguineus, amicus, cuius, condiscipulus, vel commilito noster: quare secundum ordinem charitatis Titio velle debemus maiorem gloriam, & salutem æternam, ac Caius volumus minorem quidem gloriam cœlestem: tanquam minus iusto, & bono: sed eam tamen illi possumus velle, tum maiori animi affectu, tum pluribus de causis, videlicet quia est consanguineus, amicus, & cuius, condiscipulus, ac commilito noster: hæc enim se habent ex parte eius, qui dili-

git, non autem rei dilectæ, nempe charitatis. Deinde, nihil officit, vel aduersatur ordini charitatis, si velimus, & optemus, vt ij qui sunt nobis propinquiores, sint longe sanctiores, & meliores, quam alij. Nam quemadmodum diligentiori cu. a. & ope nisi possumus, vt euadant, & hæc meliores quam alij, sic etiam optare possumus.

Quinto, probat sanctus Thomas, in eadem questione, articulo 8. eos qui sunt nobis propinquiores, debere plus diligere, quam diligantur ceteri, si cetera sint paria: quia secundum bona, quæ ad naturam spectant, sunt nobis magis coniuncti: at vero si sanctitate, vitæque probitate sint pares, æquale diuinum bonum eis optare debemus: secundum vero ea, quæ pertinent ad aliam quamuis vitæ coniunctionem, plus boni velle debemus exteris, quam propinquis. Sic exemplum: Titius est consanguineus noster, sed non conciuus, non commilito, non condiscipulus, qualis est Caius: quare secundum ea, quæ ad naturam pertinent, plus boni Titio debemus, quam Caius: at in ciuilibus, vel militaribus, vel literariis bonis, plus boni Caius, quam Titio debemus.

Sexto, in eadem questione, articulo 9. & secunda secunda, questione 31, articulo tertio, ad quartum, ostendit S. Doctor, plus diligere debere parentes, quam filios, si ordo charitatis consideretur ex maiori, minorive coniunctione cum Deo, qui est charitatis obiectum: quoniam parentes similiores sunt Deo, quam filii: nam à parentibus, post Deum, habemus, quod sumus, & viuamus.

At vero si ratio charitatis expenditur, ex parte maioris, minorive coniunctionis nobiscum, tunc plus diligendum est, quod est nobis coniunctius: ac proinde filius magis diligendus, quam pater, vt docet Aristoteles libro 8. Ethicorum, capitulo 12. Primo, quia pater diligit filium, vt aliquid, quod suum est: pater autem, non est aliquid filii. Secundo, quia filius coniunctior est patri, quam pater filio. nam filius est veluti quædam pars patris: pater autem comparatione filii, habet rationem principii, non partis. Tertio, parentes magis non sunt aliquos esse suos filios, quam e contrario. Quarto, parentes diutius, & antiquius amant: nam statim pater incipit diligere filium: filius vero non nisi lapsu temporis incipit diligere parentes: Amor autem, quo est diuturnior, & antiquior, eo fortior, & firmitior est. Hinc est, vt parentes sint magis honorandi, quam filii: nam parentes, principii rationem habent, ac proinde debet filius honorare, & reuereri parentes, debet illis parere, & obsequi. Hinc etiam est, vt secundum leges, sint filii in potestate, & cura parentum: & quia filius accipit, & habet à parentibus, vt sit, inde sit, vt parentes debeant filiorum bono prospicere; naturaliter enim singularis res suos effectus ad perfectionem perducentes curant maxime. At vero si parentes extrema, vel grauē egestate laborent, potius illis est subueniendum, quam filiis. Sanctus Thomas secunda secunda, questione 31. articulo 3. ad quartum.

Septimo loco idem sanctus Thomas in eadem questione, articulo tradit, patrem magis diligere debere, quam matrem, quoniam filius habet quidem vt sit, & viuat à patre, & matre, sed magis à patre, quam matre.

Octauo loco, sanctus Thomas eadem questione, articulo 11. demonstrat, magis esse diligendos parentes, quam vxorem, quod attinet ad ordinem secundum obiectum charitatis: nam parentes Deo similiores sunt, quam vxor: & ideo maius, & potius diuinum, videlicet gratiæ, & gloriæ, & virtuti est optandum parentibus, quam vxori, eo quod à parentibus accepimus, & habemus, vt sumus, & proinde principii rationem habent, vnde est bonum nostrum: ergo eis maius bonum velle debemus. at quod spectat ad ordinem secundum coniunctionem inter diligentem, & rem dilectam, magis est diligenda vxor, quæ parens: nam vxor magis cum viro coniungitur, habentur enim vir & vxor, vt vna caro, dicente Domino: *Itaque iam non sunt duo, sed vna caro.*

Nono loco, eadem questione, articulo 12. probat idem

sanctus Thomas, magis esse diligendum eum, à quo beneficium accepimus, quam eum, in quem beneficium contulimus; quod spectat ad ordinem secundum obiectum charitatis, secundum quam plura, potioraque bona debemus ei, qui est veluti principium nostrum, unde sumus, vel boni aliquid habemus. nam eo ipso quo est principium nostrum, est similior, & proinde coniunctior Deo. At vero secundum ordinem, qui se habet ex parte diligentis, magis quisque diligit eum, de quo ipse benemeritus est, quia hic, in quem beneficium conferimus, est veluti opus nostrum, & quisque naturaliter amat opus suum, singuli autem hominum naturaliter diligunt id, in quo suum bonum inspicunt. Præterea difficilior est beneficium conferre, quam accipere: ea vero, in quibus plus operæ, & laboris impendimus, plus amamus.

Secundo quaeritur, An tuta conscientia possit quis sui corporis vitam pro amico ponere? hoc est, quaerere, An possit certo vitæ discrimini seipsum obicere, ut amicum incolumem seruet? De hac questione Sotus libro 5. de Iustitia & Iure, questione prima, articulo 6. Ratio quaestiones est, quia secundum ordinem charitatis, vita nostra est vitæ proximi anteferenda, ergo videtur contra ordinem charitatis agere, qui vitam, & sanguinem suum fundit pro amico. Deinde quia S. Augustinus lib. de Mendacio capit. 6. videtur asserere, ordinem charitatis euertere eum, qui vitam suam pro vita alterius periculo mortis exponit. Præterea, quia amicitia non est virtus, ergo qui pro amico moritur, non pro honestate, & virtute moritur.

Recepta est sententia, pro amicitia perire, laudabile, & honestum esse. Multi, inquit Cicero in Partitionibus, vitam neglexerunt, ut eos, qui his cariores, quam ipsi sibi essent, liberarent. Lactantius lib. 5. Institutionum diuinarum cap. 18. Carnedem philosophum reprehendit, quod dixerit, stultum esse mori pro altero. Nam, inquit Lactantius, pro amicitia perire, stultitia indicabitur? Damon & Pythias, ut referunt Cicero lib. 3. officiorum, & Valerius Max. lib. 4. cap. 7. Lactant. loco citato, Pythagorei philosophi, tam fidelem inter se amicitiam iunxerunt, ut cum alterum ex his Dionysius interficere vellet, atque is tempus ab eo, quo priusquam petiret, domum profectus res suas ordinaret, impetrauisset: alter vadens se pro reditu eius Tyranno dare non dubitauit, solutus erat periculo mortis, qui modo gladio ceruices subiectas habuerat: idemque caput suum subiecerat, cui securo viuere licebat. Igitur omnes, & in primis Dionysius nouit, atque ancipitis rei exitum speculabantur: appropinquante deinde definita die, nec illo redeunte, vniquisque stultitiam tam temerarium spoliorem damnabat: at is nihil se de amici constantia metueret prædicabat: eodem autem momento, & hora à Dionysio constituta, qui eam acceperat, superuenit. Admiratus amborum animum Tyrannus, supplicium fidei remisit: Insuper eos rogauit, ut se tertium in societatem amicitiae vna cultorem beneuolentiae recipere. Nota est historia, siue narratio de Pylade, & Oreste, amicissimis: Cum ignorante, inquit Cicero in Lælio, uter eorum esset Orestes, Pylades Orestem se esse diceret, ut pro illo necaretur, Orestes autem ita ut erat, Orestem se esse confitebatur.

Constantis amicitiae exempla, dicit Valerius, erga C. Gracchum fuerunt Pomponius, & Lectorius, qui prostratis iam eius consiliis, perditisque rebus, ab infestis, & vndique ruentibus telis, oppositu suorum corporum texerunt: quorum Pomponius, quo is facilius euaderet concitatum sequentium agmen, in porta Trigemina aliquamdiu acerrima pugna inhibuit, nec viuis pelli potuit, sed multis confossus vulneribus transitum ei super cadaver suum dedit. Lectorius vero in ponte Sublicio substiterit, & eum, donec Gracchus transiret, ardore spiritus sui sepsit, ac viam multitudinis obrutus, conuerso in se gladio, celeri saltu profundum Tyberis petiit, quamque in eo ponte charitatem toti patriæ Horatius Cocles exhibuerat, vnus amicitiae adiecta voluntaria morte præsticit.

Teste eodem Valerio loco citato, constans Volumni er-

ga M. Lucullum amicum suum charites fuit: quem cum Antonius interemisset, quod partes Bruti, & Cassii secutus fuisset, in magna fugiendi licentia exanimi amico adhæsit, in lacrymas, & gemitus hucusque profusus, ut nimia pietate causam sibi mortis acceret. Nam propter præcipuam, & perseverantem lamentationem ad Antonium pertractus est. Cuius postquam in conspectu stetit, iube me, inquit, Imperator protinus ad Luculli corpus perductum occidi: neque enim assumpto illo superesse debes, cum si infelicia militia auctor existerim. Ductus quo voluerat, Luculli dexteram aude osculatus, caput, quod abscissum iacebat, sublatum pectori suo applicauit, ac deinde demissam ceruicem Antonii gladio præbuit amputandam.

Seruius Terentius, scribit idem Valerius, pro amico suo Decio Bruto occumbere conatus est. Cum enim Brutus ab Antonio missos equites ad se interficiendum venisse cognosceret, & se in tenebris occultasset, eoque iam facta irruptione, Terentius fideli mendacio se Brutum esse simulauit, se equitibus trucidandum obiecit. Verum cognitus vixit. Recte igitur Sotus probat loco citato, licitum esse cuique pro amico corporalem vitam amittere, ita ut sit fortitudinis officium, simul & charitatis opus. Quod videtur ostendi ex illo Christi Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

Quod si dicas hoc locum habere, quando quis vitam corporalem perdit, ut vitam spiritualem amici seruet, quod suo exemplo Christus ostendit: contra hoc, illud est, quia Christus absolute, & simpliciter dixit: [Vt animam suam ponat pro amicis suis:] ergo non est, cur nos distinguamus.

Tota huius quaestiones difficultas in eo consistit, An sit contra ordinem charitatis, si vitam tuam perdas, vitam amicum serues? Quidam, ut ex eorum sermone mecum habito audiui, ideo existimant, cum ordine charitatis non pugnant, quia id sit opus fortitudinis: alioqui enim non liceret pro Principe, vel Rege vitam corporis amittere. Ordo enim charitatis tolleretur, nec liceret filio pro patre, aut seruo pro domino vitam certo mortis discrimini opponere. Alii, ut ex ipsis etiam accepi, dicunt: Amicitia, quamuis virtus non sit, est tamen laudabilis, & in honestate, & virtute fundamentum habet: nam præsertim loco de amicitia honesta, non de vili, aut iucunda, seu delectabili nobis sermo est. Sed reuera difficultas adhuc manet, quia hoc est, quod inquiritur. An sit fortis officium pro amico mori: & an sit opus laude, & præmio dignum: nam si cum ordine charitatis pugnat, virtutis officium esse non potest.

Discendum existimo, non esse contra ordinem charitatis. Ordo enim charitatis requirit, ut bona gratia, gloria, & virtutis prius nobis velimus, quam proximo, ita ut vita, & salus animæ non sit obicienda periculo pro vita amici spirituali seruanda. At vero non exigit ordo Charitatis, ut cætera bona, nimirum, vel vitæ corporalis, vel honoris, vel rerum nostrarum prius nobis velimus, quam amico. Quare sicut res nostras, famam dico, vel honorem periculo obicere licite possumus pro rebus, fama, inquam, vel honore amici seruando, sic etiam vitam nostram pro amici vita tuenda, & conseruanda. Est enim amicitia maximum bonum, ut inquit Cicero in Lælio, sine qua nec domus vlla, nec vrbs stare poterit, nec agri cultus permanebit: quæ domus tam stabilis, quæ ciuitas tam firma est, quæ non odiis, atque dissidiis funditus euerti possit? Dixit Empedocles, quæ in rerum natura, totoque mundo constant, quæque mouerentur, ea conseruari amicitia, dissimili discordia.

Ad ea vero, quæ principio sunt obiecta, respondeo: Ad primum, præferre quidem posse nos vitam nostram vitæ amici: sed nihilominus etiam, posthabita vita nostra amici vitam licite anteferre, nec in hoc charitatis ordinem lædi, ac violari, quia non postulat necessario charitas, ut vita nostra, amici vitæ anteponeatur.

Ad id vero quod ex S. Augustino adferbatur respon-
deo, eum id significare voluisse tantummodo, hominem,
qui vitam propriam ponit pro amico, magis in hoc dili-
gere amicum, quam seipsum; hoc tamen vitiosum non ef-
se, dummodo bonum gratiæ, gloriæ & virtutis sibi ipsi
magis velit, & optet, quam amico. Et fortassis S. Augu-
stinus dicere voluit, contra ordinem charitatis facere, qui
temere, & vane vitam suam pro amico perdit: non qui
perdit, ut amicitia bonum tueatur, & seruet.

Tertio quaeritur, An aliquando corporalem vitam pro
alio, mortis periculo exponere, iure cogamur? Certum
est, pro vita spiritali alterius, vitam corporalem esse po-
nendam: ut si quis incurrat periculum fidei, religionis,
vel alicuius alterius virtutis ad salutem æternam necessa-
riæ. Vnde Sylueltet in verbo, *Belium*, 2. *quæst.* 4. & Maior in
4. *dist.* 15. *quæst.* 22. Si infans, inquit, subeat periculum
ne ex hac vita decedat citra Baptismum, nisi ego eum ba-
ptizauero, iure diuino iubeo eum baptizare, etiamsi ego
ipsum mortis periculum incurram. Item si ego populum
non moueam, vel doceam, periculum erit ne hæresi cor-
rumpatur: & idcirco monere aut docere populum cogor,
etiam cum meæ vitæ discrimine. Veluti si Tyrannus mihi
mortem minuerit.

Pari ratione si adulteram seminam monuero, ea uti
ab adulterio desistat, charitatis lege compellor ad eam
monendam, & corripiendam, ut eam Domino lucrer,
tamen necem mihi adulter machinetur.

Difficultas igitur in eo est, An aliquando obligemur ad
vitam corporalem ponendam pro vita alterius corporali?
Distinguendum videtur: Aut vitam nostram mortis
periculo obicimus pro Principe, pro Rege, Patria, siue
populo, vel quouis alio, cuius vita saluti, & bono commu-
ni sit necessaria, vel maxime utilis: & tunc quisque debet
vitam suam pro illo ponere, quia iure naturali commune
bonum proprio anteferre debemus: qua ratione quis pe-
riculo brachium, aut manum exponit, ne pereat caput, ex
quo pender totius corporis salus. Aut, quo pro vitam
nostram in discrimen adducimus, priuatus tantum homo
est: & tunc quamuis licite possimus pro illo mori, ut dixi
quaestione superiori, non tamen ad id charitatis præcepto
compellimur, id enim lex quidem charitatis permittit,
sed non præcipit.

Quarto quaeritur, An in naufragio licitum sit mihi ha-
bere tabulam, qua possum saluus euadere, alteri periculi-
tanti dare ne pereat? Sotus lib. 5. de iustitia, *quæst.* 1. *artic.* 6.
negat id esse licitum mihi, quia perinde esset ac si meipsum
occiderem, tabulam, qua seruare me possem, relinquens,
& abiiciens. Idem sine dubio diceret Sotus de eo, qui in
bello equum quem habet, alteri traderet ad fugam capef-
sendam: idem etiam de eo, qui in itinere per media fri-
gora, & niues vestem suam alteri præberet, vel de eo, qui
in fame extrema panem quem habet, largiretur alteri.

At Victoria in *Relect. de Homicidio*, num. 25. 26. *Et seqq.* &
Corduben. lib. 1. *Quæstionum quæst.* 38. oppositum viden-
tur asserere, ea ratione adducti, quod hoc quempiam fa-
cere non sit per se, & directe mortem sibi consciscere, sed
solum non tueri vitam suam, cum possit: nam si reuera
tunc quis is faciendo interficeret seipsum, per se, & dire-
cto, nunquam liceret alteri id facere pro alio. At idem So-
tus concedit licitum esse mihi facere pro Duce, pro Prin-
cipe, pro Rege, vel quouis alio viro maxime utili, vel ne-
cessario Republicæ. Hoc videtur probabilius esse.

Dices: Cum id facimus pro Rege, vel Duce, vel simili
alio, communem Republicæ salutem priuatae anteponi-
mus: at id locum non habet, cum facimus causa dumtaxat
hominis priuati. Sed contra est argumentum, quia
cum pro Rege, vel Duce facimus, ad id faciendum præce-
pto obligamur, ut bonum commune seruemus nostro
posthabito: at id cum pro amico facimus, quamuis ad id
non obligemur, non tam facere prohibemur, quia ut dixi
ordo charitatis non requirit, ut vitam nostram corpora-

lem vitæ proximi præferamus: nec tabulam, vel equum,
vel panem, aut veslem in tanto vitæ periculo quempiam
relinquere, ut alius saluus fiat, est seipsum per se, & directo
interimere, sed amicum seruare, cum certo suæ vitæ peri-
culo.

Hinc est, ut licitum tibi non sit in tanto vitæ discrimi-
ne tabulam, vel equum, aut panem abicere, & non gratia
amicum, vel proximum seruandi: nam tunc id faceres vane
& temere, hoc est, absque vlla legitima causa, & pro-
inde Ordinem charitatis euerteres, quo te ipsum diligere
debes, & te ipsum interficeres, vitæ necessaria subtrahen-
do, non alicuius vitæ tuendæ causa.

CAP. V.

De præcepto diligendi proximum.

Primo quaeritur, Quomodo intelligatur præceptum
diligendi proximum, cum dicitur Leuitici 19. *Diliger
amicum tuum sicut te ipsum*: & Matth. 22. *Secundum autem
simile est huic: Diliges proximum tuum sicut te ipsum*: & Ioan.
19. *Mandatum nouum do vobis, ut diligatis inuicem sicut di-
lexi vos.*

Sciendum est huiusmodi, præcepta dupliciter intelligi
posse. Nam quemadmodum amor benevolentia in pro-
ximum duplex est, naturalis, & supernaturalis: naturalis
quidem, quo diligimus proximum propter ipsum, non
causa nostri commodi, sed quateus homo est, ac proin-
de quatenus est bonorum, quæ possunt hominibus natu-
raliter conuenire, particeps; supernaturalis vero, quo dili-
gimus proximum propter ipsum, quatenus est gratiæ, &
eorum supernaturalium bonorum, quæ ad vitam æternam
spectant, capax: ut ait Caietanus *secunda secunda quæst.*
25. *artic.* 1. quatenus est quidam amicus in Deo, & propter
Deum, siue quatenus est amicus diuinus: sicut naturali
charitate diligimus proximum, quatenus est amicus qui-
dam humanus, siue naturæ humanæ consors: Sic præcep-
tum de diligendo proximo duplex est, vnum quod est natu-
ralis iuris, alterum, quod est diuini, & supernaturalis iu-
ris. Naturale est, quod naturalis ratio præscribit, videli-
cet proximum esse diligendum propter se, quatenus homo
est: quo præcepto ei optare & velle debemus bona,
quæ hominibus consentanea sunt, videlicet salutem, vi-
tamque corporis, sanitatem mentis, vitæ probitatem, hono-
rem, & famam, & huius generis alia. Præceptum diuini,
& supernaturale est, quod Deus ipse non natura con-
stituit, nimirum, esse proximum diligendum propter
ipsum, non causa nostri, sed quatenus est gratiæ, & vitæ
sempiternæ capax: quo præcepto ei optare cogimur bona
gratiæ, & ea, quæ ad vitam æternam consequendam
spectant: Et de hoc præcepto loquitur Christus Domi-
nus, cum ait: *Mandatum nouum do vobis, ut diligatis inuicem
sicut dilexi vos.* Et dilectus Domini discipulus: *Hoc
mandatum habemus à Deo, ut qui diligit Deum, diligit & fra-
trem suum*: & de hoc potissimum sermo est Matth. 22. &
Leuit. 19. cum quisque iubetur, proximum, vel amicum
suum diligere sicut seipsum. Sed locum etiam hoc habet
in præcepto naturali, quo diligere debemus proximum
sicut nos ipsos.

Secundo quaeritur, Qua ratione modus huiusmodi
præcepti sit intelligendus, cum iubemur diligere proxi-
mum sicut nos ipsos? Communis est Theologorum senti-
entia, quam habet S. Thomas in *secunda secunda quæst.* 44.
art. 7. particulam (*sicut*) non significare, proximum esse
diligendum tantum, quantum nos, sed eo modo quo nos
videlicet ut cum diligamus propter ipsum, non propter
nos ipsos, nimirum ut gratiam, & vitam æternam conse-
quatur, ac propterea, ut ei optemus gratiæ cœlestis bona,
ac cœtera, quatenus ad salutem æternam consequendam
sunt necessaria. Et ut diligamus proximum, quia homo
est, sicut & nos sumus homines, quasi dicatur, diligendus
est proximus, quia est nostræ naturæ particeps.

Tertio quaeritur, Quomam tempore præceptum charitatis in proximum nos obliget? De hac quaestione Nauarrus in *Manuali cap. 14. num. 8. § 9.*

Certum est, huiusmodi præcepto obligari nos quouis tempore ad deponendum animi odium in proximum: nunquam enim proximum odisse, cura conscientia, possumus. Item parato animo esse debemus ad diligendum proximum, si necesse sit.

Conspertum itidem est, præcepto diuino, & supernaturali obligari nos ad opus & officium charitatis externum, quando proximus in extrema necessitate constitutus indiget nostra ope & auxilio ad gratiam, & salutem æternam consequendam. Veluti, si infans, aut mente captus; aut etiam mentis compos sine baptismo iam esset mortuus, vel si quis postulare à nobis consilium, vel quoduis aliud spirituale adiuuicium, sine quo probabiliter condemnaretur. Præceptum etiam naturale de diligendo proximo, obligat nos ad opus externum amoris, quando proximus in extrema necessitate positus indiget nostro auxilio, quo ille à periculo mortis corporalis liberetur: nam ratio naturalis tunc dicit, ut proximum tanto malo subleuemus; Sicut etiam nos si in tanto periculo versaremur, salui fieri vellemus.

Sed nunquid, (quaerit aliquis) debemus etiam tunc, bona gratiæ & gloriæ oprando, proximo nostro succurrere? Respondet Nauarrus, *vers. Dixi quando*, minime nos ad id obligari: quia satis est, si præsentem huiusmodi proximi necessitatem subleuemus amore naturali moti, non charitate supernaturali.

Sed dicendum existimo, charitatis humanæ præcepto satisfacere nos, si ex charitate humana subsidium proximo præstemus: ac quando charitatis diuinæ præceptum nos obligat ad iuuandum proximum, tunc ex charitate diuina subsidium est dandum, ut statim dicam.

Difficultas igitur in eo, quomam tempore debemus amoris æterni actum elicere erga proximum? De hoc Nauarrus nihil attigit: Certe facile non est tempus certum assignare. Sufficit generatim dicere, tunc præcepto nos obligari, cum proximus in extrema necessitate constitutus, tali amoris nostri actu indigeat, ut salutem, vel spirituales, vel corporales penitus consequatur.

Si quaeras, An quando obligamur proximum opere charitatis externo iuuare, cogamur illud opus externum ex interna charitate facere? Debet quidem, sed non semper. Nam si quis proximo sacramenta ministrat, lethalis peccati conscius, lethaliter peccat: ergo tunc ne peccet, debet cum gratia, & charitate conferre, aut saltem putans bona fide se Dei gratiam habere. Item cum diuinum præceptum sit datum de charitate diuina in proximum; consequens est, ut aliquando nos obliget ad diligendum proximum actu charitatis diuinæ interno.

Quaeres, An peccator, quamdiu peccator est, possit charitatis diuinæ præceptum implere de proximo diligendo? Bannes *secunda secunda, quæst. 44. art. 2. ait*, sicut qui pecunias, vel aliquid aliud non habet, excusatur à præcepto dandi eleemosynam; sic is, qui charitatem non habet, excusatur ab obligatione diligendi proximum ex charitate. Hoc mihi non placet, quia pecuniæ in nostra potestate non sunt: at peccator auxilio & gratia Dei, si velit, potest charitatem habere, qua diligat ex charitate proximum, quando est necesse. Ex charitate, inquam, quam habet, vel saltem quam putat bona fide se habere: hinc est, ut præceptum diuinæ charitatis in proximum possit impleri extra charitatem.

Quarto quaeritur, An ordo charitatis in præceptum cadat? Respondet S. Thomas *secunda secunda, quæst. 44. artic. 8.* cadere sub præceptum: nam Deum magis, quam nos, & proximum diligere debemus: & nos ipsos magis quam proximum; & proximi spirituales salutem magis, quam nostram corporalem.

Quinto quaeritur, Quomam proximus noster intelligatur? Respondet ex S. Thoma *in secunda secunda, quæst. 25.*

art. 6. Proximum intelligi omnem hominem in hac vita mortaliter peregrinantem, qui quatenus homo est, charitate naturali eum diligendus, quatenus vero gratiæ & gloriæ æternæ est particeps, charitate supernaturali. Vnde idem S. Thomas *in eadem quæst. art. 6.* probat, peccatores esse ex charitate diligendos, quamuis odio habendos non quod peccatores sint: hoc est, odio habendum peccatum in illis. Quæ ratione David *Psalm. 118.* dicit: *Iniquus edite habui: & Psalm. 100.* *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ; Exodi 12.* *Maleficus non poterit viuere: & in Psalm. 9.* *Conuertentur peccatores in infernum.* Et *artic. 11.* idem S. Thomas ostendit, Dæmones & cæteros ad supplicium æternum damnatos, non esse ex charitate diligendos tanquam amicos, nec tanquam gratiæ & vitæ æternæ capaces, quia amplius ea bona posita Dei lege obtinere non possunt. Nilominus tamen possunt ex charitate diligere, quatenus volumus in suis naturalibus permanere ad gloriam Dei. Sicut etiam ex charitate diligimus brutam animaliam, & cætera quæcumque sunt rationis expertia, quia volumus illis bona, videlicet ut sint, & conferentur propter gloriam Dei, & honorem, & utilitatem hominum.

Sexto quaeritur, An præceptum de proximo diligendo sit speciale, à cæteris secundæ tabule in Decalogo cõten-tis distinctum? Est sine dubio, Nam *Matth. 22.* dixit: *Primum, & maximum mandatũ esse, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo: Secundum autem simile huic: Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* At si non esset speciale, & à cæteris distinctum, non faceret cum cæteris numerum: genus enim non numeratur cum formis; ac proinde quod generale est, & in cæteris quæ specialia sunt contentum, & inclusum, cum illis non computatur, nec habetur in numero. Dices, cum cætera seruantur, præceptum de proximo diligendo est omnino impletum: ergo non est speciale à reliquis distinctum. Respondet, huiusmodi præceptum esse speciale, quia speciale actum, & officium in proximum requirit: item certa tempora habet, quibus nos proximo obstringit, & obligat, ut superius iam dixi.

Septimo quaeritur, Quot, & qui sint charitatis effectus? S. Thomas *secunda secunda, quæst. 28. 29. & 30.* docet tres esse charitatis effectus, nempe, Gaudium cordis & mentis, de quo agit *quæst. 28.* Concordiam & pacem, de qua in *quæstione 29.* & Misericordiam, de qua in *quæstione 30.* Gaudium reuera non est amor, sed amoris effectus, vnde amorem consequitur, nam qui se invicem amant, ut amici, mutua præsentia delectantur, mutuo aspectu & sermone gaudent. Qui amat, gaudet, quod is, quem amat, sit, cõseruetur, & valeat. Qui amat, ob rei amate præsentiam gaudet. Gaudium igitur est de bono quod amatur, & habetur.

Concordia amorem consequitur: qui se amant, idem volunt, sentiunt, dicunt, seclantur, & exequuntur, quia animo, & voluntate, ac mente concordant. Concordes illi sunt, quorum sensus in vna, eademque re conveniunt. Concordia, est maximum, & firmissimum bonorum vinculum. Mundus hic se concordiam quadam amicitia, & charitate complectitur. Vniuersa quæ natura constant, quæque eientur ac mouentur, concordia seferuntur & seruantur: discordia dissipantur.

Nulla domus tam stabilis, nulla ciuitas tam firma, nullum regnum tam potens, ac validum, quod non odiis, dissensionibus, atque discordiis possit eueri. Scilurus homo Seytha, octoginta filios habens, mortuus, singulis telorum fasciculis portexit, & rumpere iussit, id cum non possent perficere, singula iacula exemit, & ita omnia facile fregit: filios sic admonens: *Si concordēs eritis, validi, inuictique manebitis: contra si dissidēs distrahemini, imbecilles eritis, & expugnati faciles.*

Lacedæmonis periclitantibus, ac de ciuitate moribus cingenda, consultantibus, dixit Antisthenes: *Sentum haste scuto, galeæ galeæ, atque viri viri: Sic mihi statæ Lacedæmonii, & miris cincti sumus.* Pytho Rhetor Byzantiensis, cum esset supra modum obeso corpore, produissetque in con-

cionem suafurus concordiam Byzantiis seditione ciuili tumultuantibus, statim populi risus obortus est, ex ipso corporis habitu. At ille, *Quid ridetis eius, cum tale corpus habeam? uxor habet multo tuis obeforem: Et tamen concordet quoduis grabatulum capit ambo; discordes, ne tota quidem domus.*

Pax tranquilla, mitis, candida, pulchra, dulcis, iucunda, grata, secunda, & salutaris dicta est ab antiquis scriptoribus. Cicero *Philipp.* 8. dixit, [leges, aut iudicia esse non possunt, pace sublata.] *Bachylides* ait: *Res maximas mortali- bus producit pax: nempe diuitias, & suauissimorum cantuum flores. Hec efficit, ut in pulchris Dei aris, bonis flauis flammis partes mandentur, & lanigenarum pecudum. Hac facit ut gym- nasia, iuuenes, & tibias, communiq; curent. Tum in ferro li- gatis scutorum ansis nigrarum aranearum tela, insunt, & hasta praeferrata, ancipitesque gladii iacent: nec amplius aene resonant tuba, neque dulcem auferit somnum a genis pugna tumultus, qui tabefacit animum. Quin dulcium conuiuorum pleni sunt uici: & amatoria cantilena flagrant.* Hebraei nomine pacis intel- ligunt omne bonum, felicitatem, prosperum rerum statu- tum, incolumitatem, salutem. Vnde hac voce vruntur in salutationibus bene precantes. Est pax non solum con- cordia duorum, vel plurium, sed etiam partium, & volun- tatum in homine dissidentium redintegratio, & reconcilia- tio: Vnde opponitur perturbationi, confusione, & se- ditioni.

Cic. in Laio. Amicitia nihil aliud est, nisi omnium diuinarum humana- runque rerum cum beneuolentia & charitate summa consen- sio: qua qua quidem, haud scio, an excepta sapientia, quid- quam melius homini sit à Deo immortali datum.

Idem ibidem. Amicitiam omnibus rebus humanis anteponamus: Ni- hil enim tam natura aptum, tam conueniens ad res secundas, vel aduersas. *Quae uidentur uilia, honores, diuitiae, volupta- tes, & cetera generis eiusdem, hac amicitia nunquam antepone- da sunt.* Amicitia plurimas res continet, quoquo te uertaris, pre- sto est, nullo loco excluditur: nunquam inuestigata, nunquam molesta est. Itaque non aqua, non igne, non aere, (ut aiunt) plu- ribus locis utimur, quam amicitia: Nam & secundas res splen- didiores facit amicitia, & aduersas pariter, communicansque leuiores: nec debilitari animos, aut cadere patitur, uerum etiam iam amicum qui intuetur, tanquam exemplar aliquod sui in- uentur.

[Quocirca & absentes adfunt, & gentes abundant, & imbecilles valent, & quod dictu difficile est, mortui uiuant. In amicitia omnia inlunt, quae putant homines appeten- da, honestas, gloria, tranquillitas animi, atque iucunditas. Ut cum hac adfunt, beata uita sit, & sine his esse non possit.]

Lib. 1. de Fini- bus. [Omnium rerum, quas ad beate uiuendum natura pa- rauit, nihil est maius amicitia nihil ubertius, nihil iucun- dius. Cum solitudo & uita sine amicis, infelicitatum, & me- tus plena sit. Ratio ipsa monet amicitias comparare, qui- bus partis conseruatur animus, & à spe pericendarum vo- luptatum se iungi non potest.]

Quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his o- perae nostrae uicaria fides amicorum supponitur: quam qui laedit, oppugnat commune omnium praesidium, & quantum in ipso est, disturbat uita societatem: non enim possumus per nos omnia agere. Alius in alia re est magis utilis: idcirco amicitiae comparantur, ut commune com- modum mutuis officiis gubernetur.]

Li. 1. de Natu- ra Deo- rum. [Charum uerbum est Amoris, ex quo ipsum nomen amicitiae est ductum, quam si ad fructum nostrum refere- mus, non ad illius commoda, quem diligimus, non erit ista amicitia, sed mercatura quaedam utilitatum suarum. Prata & atua, & pecudum greges diliguntur isto modo, quod fructus ex iis capiuntur: hominum charitas, & ami- citia gratuita est.]

Lib. 2. offic. [Cum in amicitia, quae honesta non sunt, postulantur, religio, & fides amicitiae anteponatur. Amicitia hoc praestat propinquitati, quod ex propin-

quitate beneuolentia tolli potest, ex amicitia non potest. Amicitia uirtutum adiutrix à natura data est, non uicio- rum comes. Amicitia sine uirtute nullo modo esse potest. Item amicitia orta mihi uidetur à natura potius quam ab indigentia. Serpit amicitia nescio quo modo per omnem uitam. In amicitia, nisi (ut dicitur) apertum pectus vi- deas, tumque ostendas, nihil fidem, nihil exploratum habetas.]

Amicitia, inquit *Valerius* lib. 4. cap. 7. *vinculum est po- tens, & praesolidum, neque uia ex parte sanguinis uirtus infe- rius: hoc etiam certius & exploratius, quia illud nascendo fors fortuitum opus, hoc unius cuiusque solido iudicio incocta volun- tas contrahit. Sincera fidei amici praecipue in aduersis rebus cog- noscuntur, in quibus quidquid praestatur, totum à constanti be- neuolentia proficitur. Felicitatis cultus maiori ex parte adu- lationi, quam charitati erogatus, certe suspectus est. Idem: Ma- gna, inquit, sunt uices amicitiae, mortis contemptum ingenerare, uita dulcedinem exstringere, crudelitatem manifestare, odium in amorem conuertere, poenam beneficio compensare possuerunt. Haec ille post narratam historiam Damonis & Pythiae.*

C A P. VI.

De Misericordia in proximum.

SANCTUS THOMAS *secunda secunda, quasi. 30.* agens de cha- ritatis effectu, qui est misericordia, ibi uidetur signifi- care, misereri, esse actum charitatis; ac proinde, miseri- cordiam esse charitatem.

In praesenti itaque loco agam de misericordia, quae est quoddam charitatis officium, & opus.

Primo quaeritur, An misericordia sit uirtus? Aristoteles lib. 2. *Ethicor. cap. 7.* inter uirtutes duodecim, quas numerat, misericordiam non ponit. Sensit uidelicet ille, ut uidere est lib. 2. *Rhetoric. c. 9.* ut ait S. Thomas *secunda secunda, q. 30. art. 3. ad 4.* Misericordiam, esse animi affectum, non uirtutem. At Cicero *ad finem Orationis pro Ligario, qua incipit: Nouum cri- men, cum de Caesaris laudibus loqueretur, ait: Nulla de uir- tutibus tuis, nec admirabilior, nec gratior misericordia est. S. Au- gustinus lib. 9. de Ciuitat. cap. 5.* uirtutem uocat miseri- cordiam, quae ita ratione seruit, ut conseruetur iustitia, siue cum tribuitur indigenti, siue cum ignoscitur poenitenti.

S. Thomas *secunda secunda, quasi. 30. art. 3.* probat, miseri- cordiam esse uirtutem, quia est habitus quidam recte ra- tioni consentaneus, quo indigentiam alterius subleua- mus. Item misericordia est uirtus moris, temperat enim animi affectus, ut tradit S. Thomas *secunda secunda, quasi. 30. art. 3. ad 4.* Item, misericordia est ad alterum. *Idem S. Tho- mas ibidem art. 1. ad 2.* Et tamen non est pars, uel species iustitiae, sed filia charitatis: est enim gratuita, sicut chari- tas. Iustitia ex debito tribuit alteri, misericordia gratis & liberaliter ex charitate in alterum: unde ut *idem ibidem ad 1. ait S. Thomas*, Deus miseretur ex amore, quo nos amat. Misericors proprie non est quis erga seipsum, unde cum mala sustinet, & indiget aliquo, dolet, & tristatur, non mi- seretur. *Idem S. Doctor eodem loco, art. 1. ad 2.* Imo, ut ait *ibidem*, in malis eorum, qui sunt maxime nobis natura coniuncti, ita ut sint aliquid nostri, ut filii & parentes, potius dolemus, quam miseramur: *in senes & sapientes*, ait S. Thomas, *cadit maxime misericordia, quia uident se posse facile in miseriam deuenire.* Item imbecilles, & formidolosi sunt magis misericordes, quam opulenti, validi, potentes, & felices, qui non ita facile credunt se posse mala pati. Insuper irati & audaces difficile miserentur, teste eodem S. Do- ctore. Superbi itidem, quia contemnunt ceteros, & putant miseros digne aduersis & malis affici. In Deum cadit mi- sericordia: *Proprium enim eius est*, canit Ecclesia, *misereri semper, & parcere.* Psalmi 144. dicitur: *Miserationes eius super omnia opera eius:* non quod misereatur Deus ex aliquo af- fectu; sed ex charitate, qua amat quos condidit.

S. Thomas *eadem parte, & quaestione artic. 4.* ostendit charita-

Secun- da se- cunda, q. 30. art. 2. ibi. ar. 2. ad 3.

charitatem esse virtutem misericordiam maiorem, quia charitate Deum diligimus, & cum Deo coniungimur, & hoc multo præstantius bonum est, quam alectus misericordiam subleuare. At in Deo misericordia magna virtus est, quia omnium miseriam subleuat, omnium mala arcere scit, & potest, quod est eius, qui supremus est potentia, & virtute absque vlla profus indigentia.

Secundo quaeritur, An misericordia sit eadem virtus quæ charitas? Ratio quaestionis est, quia S. Thomas loco citato eam dicit esse effectum charitatis, & ratio id videtur ostendere, quia beneficentia est actus charitatis externus, sed misericordiae actus est quaedam miseriam subleuatio: ergo misericordia effectus est charitatis.

Distinguendum itaque est, aut misericordia cum charitate supernaturali comparatur, aut cum naturali. Si cum supernaturali, misericordia non est eadem virtus quæ charitas, quia charitas est, qua proximo propter Deum volumus bonam gratiam & gloriam sempiternam, & qua diligimus proximum ut gratiam, & gloria participem, ac proinde ut amicum nostrum in bonis diuinis, quæ ad salutem æternam spectant; at misericordia est, qua volumus, ut proximus miseria, & inopia qua premitur, careat, & qua volumus eam subleuare. Si vero comparetur misericordia cum charitate naturali, non est eadem virtus quæ charitas, quia charitate volumus bonum proximo propter ipsum quatenus homo est capax eorundem bonorum naturalium, quorum nos sumus, hoc est, quatenus est amicus noster in bonis humanis & naturalibus. Misericordiae vero est egestatem & miseriam proximi subleuare. Quare absolute & simpliciter misericordia, & charitas distinguuntur, quia habent actus & officia diuersa. Nam misericordiae est indigentibus succurrere, eo quod egestate, & inopia premantur, & actus est proximi misereri: at charitatis opus est velle bonum proximo propter ipsum. Differunt quoque subiecta, & obiecta re, siue materia. Nam charitas est erga omnes homines, siue indigean, siue non: misericordia vero est erga indigentes & pauperes. Charitatis est, velle bonum proximo, & ei benefacere, & propter ipsum, videlicet, quia amicus noster est, vel in bonis diuinis & supernaturalibus, vel etiam in bonis humanis, & naturalibus: at misericordia vult, & præstat bonum proximo, quia indiget. Item misericordiae actus potest a charitate imperari, quia cum proximi inopiam subleuamus, non solum quia indiget, sed etiam quia homo est, & quia est gratia, & vitæ æternæ particeps, tunc ille actus est elicitus a misericordia, & a charitate vel naturali, vel supernaturali impetratus. S. Thomas loco superius allegato, misericordiam esse filiam charitatis: nam subuenimus indigentibus & miseris per misericordiam elicentem quidem actum, sed per charitatem imperantem.

C A P. VII.

De Eleemosyna, & primo de præcepto eius largienda.

Multa sunt misericordiae opera: quædam sunt, quibus miseriam proximorum corporales subleuantur, alia quibus spiritualibus eorum necessitatibus subuenimus: de quibus speciatim agendum est.

Primo quaeritur, Quid eleemosynæ nomine intelligatur? Eleemosyna intelligitur quicquid sit, aut datur ad subleuandum proximorum inopiam, & egestatem corporalem. Porro eleemosyna gratis fieri debet: alioqui enim si ex debito detur, erit iustitiæ officium, & opus, non misericordiae, Gabriel 4. dist. 16. q. 4. art. 1. notab. 2.

Secundo quaeritur, An sit præceptum dandi eleemosynam? Respondeo, esse præceptum tum iuris diuini, tum

naturalis: Diuini quidem, nam *Matth. 25.* mittitur multi in ignem æternum, propter eleemosynam prætermisissam: ac non damnatur quis ob consilia omissa. Et *1. ad Timoth. ultimo* dicitur: *Diuitibus huius sæculi præcipe facile tribuere, communicare, &c.* Et ad Hebræos scribens: *Beneficentia*, inquit, & *communione nocte obliuisci*. Iuris item naturalis est eleemosyna, quia ratio præcipit, ut quod tibi non fieri vis, alteri non feceris. Præscribit inidem, ut proximum nostrum diligamus affectu, & opere. Vnde illud Sancti Ambrosii: *Si non paruis, occidisti*.

Tertio quaeritur, Quoniam tempore dandi eleemosynam præcepto teneamur? Communis est, & recepta sententia, tunc teneri nos quando proximus est in extrema, vel quasi extrema necessitate constitutus, & habemus bona, quæ vitæ & statui nostro superflua, hoc est, siue quibus vitam & statum nostrum conseruare commode possumus. Quaestionis difficultas versatur in tribus. Primo, An quando, verbi gratia, Titius habet bona superuacanea comparatione vitæ, & status sui, dare debeat eleemosynam Caio in graui necessitate, quamuis non extrema, aut quasi extrema constituto, hoc est, indigenti aliquo, vnde suum statum, non vitam conseruet. Secundo, An Titius, quando habet superuacanea bona nature, non status, debeat ex illis subuenire Caio extreme, vel quasi extreme indigenti. Tertio, An Titius ex eo quod sibi superest tum status, tum nature, seu vitæ comparatione, præcepto cogatur eleemosynam largiri ad communes & ordinarias pauperum necessitates subleuandas.

Ut ab hoc tertio incipiam, inter omnes conuenit a neminem obligari ad eleemosynam erogandam, quando nulli sunt pauperes, & egeni, etiam si bona habeat superuacanea vitæ & status: nam si miseria nulla est, misericordiae opus & officium cessat: Si quidem virtutis materia desinit: quemadmodum si nullum est fratris delictum, correctione opus non est.

Quarto itaque quaeritur, An quando quis abundat bonis vitæ & status superuacaneis, lege cogatur ad subleuandam proximi necessitatem, etiam communem, & ordinariam? hoc est, An præcepto compellatur ad dandam eleemosynam pauperibus & indigentibus, si habeat bona vitæ necessitate vitæ & status superuentia sibi.

Dux sententia contraria; Vna asserentium, eum minime obligari ad eleemosynam largiendam: hi enim sentiunt, duo esse requisita ad eleemosynæ præceptum: vnum ex parte dantis, videlicet ut habeat amplius quam satis sit ad decentem & honestum statum suum suorumque, & vitam tuendam; alterum, ex parte accipientis, nimirum, ut proximi necessitas sit extrema, vel quasi extrema, vel admodum grauis & vrgens. Sic Alexander videtur sensisse in par. 4. quaest. 34. memb. 5. Lyranus in illa verba Domini Luc. 6. *Omni presentibus tribue*. B. Antonin. par. 2. tit. 1. cap. 24. §. 5. Auctor summa Confessorum lib. 3. tit. 8. quaest. 4. §. 5. Gab. in 4. dist. 16. quaest. 4. artic. 2. conclus. 2. Panormitan. in cap. Si vero de iureiurand. Gerson in Regulis moralibus Alphab. 24. lit. V. & Alphab. 32. lit. O. Rosella in verbo, eleemosyna num. 1. & in verbo. Mutuum, num. 1. Pisana eodem verbo, conclus. 2. Medina de panit. quaest. 3. de eleemosyna. Et putant Sancti Antoninus, Panormitanus, Rosella, Medina, & Gabriel, Sancti Thomam huic sententiæ plurimum fauere, in secunda secunda, quaest. 32. art. 5. Insuper Durandus in 4. dist. 15. q. 2. ad 2. quamuis oppositam sententiam magis probet, dicit tamen se non auctere hanc condemnare.

Alter sententia est dicendum, tunc eleemosynam in præceptum cadere: hæc est, communi Theologorum, & Summistarum consensu recepta, atque ita Richardus in 4. dist. 15. art. 2. Adrian. in 4. de Restitut. quaestione qua incipit: *An Ecclesiasticus ultra decentiam vitæ, conclus. 2.* Abulen. in Mattheum cap. 6. quaest. 34. Maior in 4. dist. 15. q. 7. conclus. 3. Caietan. in summa, verbo eleemosyna, & in opuscul. tom. 2. tract. 5. de Præcepto eleemosyna. Sotus lib. 5. de Iustitia, quaest. 3. art. 4. & quaestio. 8. art. 1. Ledesma in 4. quaest. 15. art. 3. dub. 1. conclus. 2. Corduben. lib. 5. in quaest. 26. Couarr. lib. 3. Varin. resolut.

cap. 74. num. 5. Sic etiam Summistæ communiter docent, Asten. par. 2. lib. 5. tit. 26. art. 3. quæst. 1. Angelus verbo elemosynæ, num. 1. Syluester eod. verb. quæst. 1. Et in Rosa aurea Casu 57. Tabien. eod. verb. quæst. 5. Armitia eodem verb. num. 3. Nauartus in Manuali cap. 14. num. 5. Et 9. Hæc opinio est vera & tenenda.

Quæres, quidnam senserit de hac quæstio. S. Thomas Panormitanus, S. Antonius, Rosella, Pisana, Auctor summæ Confessorum, Gabriel & Medina locis supra citatis (ut supra diximus) censent eum primam sententiam fuisse secutam. Id probant, quia secunda secunda quæst. 32. art. 5. aperte docet, ad præceptum elemosynæ duo requiri, vnum ex parte dantis, vt in bonis superfluum habeat, secundum illud Luc. 11. Quod superest, date elemosynam. Alterum ex parte accipientis, vt habeat necessitatem, & non qualemcunque, sed illa solam, sine qua is, qui necessitatem patitur, sustentari non possit. Cæterum, Caietanus in Opusculo citato efficaciter probat, Sancti Thomam sensisse, eos, qui habent bona superuacanea vitæ, & statui suo, & suorum, præcepto cogi ad dandum ex eo quod superest, pauperibus, extra necessitatem extremam constitutus. Id docet S. Thomas aperte in 4. dist. 45. quæst. 2. art. 2. quæst. 4. Et art. 4. q. 1. & quodlib. 8. quæst. 6. art. 12. ait: Supposito igitur quod aliquis habeat de superfluo, Et respectu indiuidui, Et respectu persone, quod tenetur pauperibus erogare. Et secunda secunda, q. 66. art. 6. dicit: Res, quas aliqui per abundantiam habent, ex naturali iure debentur pauperum sustentationi. Sed quia multi sunt necessitates patientes, Et non potest ex eadem re omnibus subueniri, committitur arbitrio vniuersitatis, quo dispensatio propriarum rerum, vt ex eis subueniant necessitates patientibus. Et secunda secunda, quæst. 87. art. 1. ad 4. Tertio, inquit, decima, quas cum pauperibus comedere debebant, scilicet in veteri Testamento, in noua lege augentur, per hoc quod Dominus non solum decimam partem, sed omnia superflua pauperibus iubet exhiberi secundum illud Luc. 10. Quod superest, date elemosynam. Et quæst. 118. art. 4. ad 2. ait: Minimum in auaritia est, quod aliquis retineat sua inordinate: Sed hoc videtur esse peccatum mortale, dicit enim Basilius: Est panis famelici, quem tu tenes: nudi tunica, quam tu conseruas: indigentis argentum, quod tu possides. Quocirca tot iniuriarum, quot exhibere ualeres. Et respondens argumento, dicit: Ad secundum dicendum, quod Basilius loquitur in illo casu, in quo aliquis tenetur ex debito legibus bonis sua pauperibus erogare, vel propter periculum necessitatis, vel propter superfluitatem habituum. Et secunda secunda, q. 32. art. 7. Sic ergo dare elemosynam de superfluo est in præcepto: Et dare elemosynam ei, qui est in extrema necessitate: aliam autem elemosynam dare, est in consilio. Vbi aperte docet S. Thomas, in duobus casibus esse præceptum elemosynam dandi, videlicet de eo, quod superest alicui, & cum quis extrema necessitate premitur: Id autem quod dicit secunda secunda, q. 32. art. 5. duo requiri ad præceptum elemosynæ erogandæ, vnum ex parte dantis, vt habeat extra id, quod est necessarium vitæ, & statui suo, & suorum: Alterum ex parte accipientis, vt extremam necessitatem patitur: habet hunc sensum: non quod ad præceptum elemosynæ dandæ, requirantur simul ambo illa, vt intellexerunt Auctores contrariæ sententiæ; sed quod in duobus casibus elemosynæ largiendæ præceptum obliget, vnum quando quis abundat bonis vitæ id, quod est necessarium vitæ, & statui suo, & suorum: alterum, quando quis est in extrema inopia, & egestate. Hæc est sententia S. Thomæ, quam omnino esse sequendam existimo.

Nam alioqui si tantum obligaremur ad elemosynam erogandam proximo extremam necessitatem patienti, pauci damnarentur ob huiusmodi præcepti violationem, quia raro contingit extrema, vel quasi extrema necessitas: & tamen Christus Dominus Matth. 25. in sinuat multos damnandos ob elemosynam egentibus denegatam: nec videtur ibi loqui de extrema, vel quasi extrema necessitate dumtaxat, sed etiam de communi & ordinaria egentium necessitate, in qua, & famelici, & mendici sunt. Lazarus itidem mendicus non videtur decessisse in extremam, vel

quasi extremam necessitatem: siquidem mendicatio uidebat, & tamen diues Epulo legitur damnatus ad inferos, eo quod ei elemosynam largitus non fuerit.

Accedit, quod misericordiæ præcepto videtur plus minusve obligare pro maiori, minorve necessitate indigentis: Ergo cum proximus grauiter indiget, grauiter misericordia obligat: at nudi, famelici, & alii similes grauiter indigent. Obiciunt Auctores oppositæ sententiæ, consequens esse, vt omnes diuites, qui vltra id, quod est necessarium vitæ & decenti statui suo & suorum, bona retinent, damnentur. Respondet, si nullam vnquam elemosynam dent egenis & miseris petentibus, sine dubio eos damnari: secus vero si aliquas elemosynas pauperibus petentibus rogandas curant, quamuis non omnibus dent. Lethale enim peccatum in eo committitur, quod nunquam, & nulli pauperi petenti datur à diuite, qui potest commode elemosynam dare.

Sciendum est, in hac parte Auctores proximi necessitatem in tria membra distinguere. Aut enim est extrema necessitas, aut grauis, aut communis & ordinaria. Extremam, vel quasi extremam appellant, cum quis probabile mortis periculum incurrit: Grauem, cum non extremum quidem mortis periculum subit, sed graue, videlicet quia indiget, quo suæ personæ, vel suorum decentem conditionem & statum conseruet. Commuem vero, & ordinariam vocant, quæ vbique, & passim occurrit, qualis est pauperum ostium mendicantium, & aliorum, qui aluntur in hospitalibus domibus communis pietatis gratia extractis, cuiusmodi sunt qui vestitu, cibo, vel potu indigent.

Item, bona superesse alicui dupliciter dicuntur iudem auctores: Aut enim superuacanea vitæ siue naturæ, vel etiam statui quis habet. Superuacanea vitæ id dicitur, siue quo vita transigi potest, non tamen conseruari personæ status, ac proinde necessarium est ad statum personæ tuendum. Superuacanea statui id esse dicitur, siue quo non solum vita decens, sed etiam status conseruari, ac retineti commode potest. Præterea in bonis necessariis vitæ, vel status alicuius computantur, quæ sunt necessaria ad conseruandam vitam, vel statum cuiusque & suorum. Sui intelliguntur parentes, filii, vxor, ancillæ, serui. Richardus quarta dist. 15. artic. 2. q. 2. post Sancti Thomam secunda secunda, q. 32. artic. 5.

Quinto quæritur, An quando proximus est in extrema, vel quasi extrema necessitate constitutus, debeat quis elemosynam largiri ex bonis, quæ habeat superuacanea vitæ & naturæ, non tamen decenti statui suæ personæ, & suorum statui? Debet largiri. Sic Paludanus in 4. dist. 15. q. 3. conclus. 1. Et 2. Gab. in 4. dist. 16. quæst. 4. art. 2. conclus. 2. Medina elemosyna quæst. 3. dub. 1. Est sententia communis, quam ipsa ratio naturalis conuincit: nam ordine charitatis potior est vita hominis, quam decens persona status. Ergo præferre debemus vitam proximi decenti nostro statui, ne frater intereat fame, siti, nuditate habentibus nobis duos panes, vel duas tunicas, cum tamen vitæ nostræ, aut nostrorum vnus panis sufficiat.

Sexto quæritur, An is qui habet bona superuacanea vitæ, & honesto ac decenti statui suo, & suorum, præcepto cogatur ad elemosynam largiendam, etiam quando aliquis solum indiget eo, quo decentem, & honestum statum suum, & suorum sustentet? Quidam, vt ex ipsorum sermone mecum aliquando habito audiui, videtur docere, tunc elemosynam esse opus consilii, non præcepti.

Rætera dicendum est, si necessitas quamuis alioqui non sit extrema, vel quasi extrema, sit tamen grauis, & ardua, qualis est ea, qua aliquis eget sui decentis, vel suorum status sustentatione, videtur grauis esse obligatio dandi elemosynam: nam pro vt est maior, minorve necessitas indigentium, respõdet maior, minorve obligatio elemosynæ largiendæ. Vnde si leuis est, & modica proximi necessitas, obligantur quidem ad subueniendum, sed leuiter, id est, non lethale peccatum committit, qui elemosynam de-

negat: At si grauis est egestas, lethaliter delinquit, qui eam non subleuat ex eo, quod sibi superest ad suam vitam, & statum seruandum. Et hæc est communis omnium opinio. Vnde communis sententia dicit, in duobus casibus præceptum esse de danda elemosyna: vnus est, quando quis habet vltra id, quod est necessarium ad vitam, & statum suum, secundus, quando quis extrema, vel quasi extrema, aut graui, & arcta necessitate premitur, qua nos non laboramus.

Quando igitur, inquires, elemosyna est tantum opus consilii, si diues etiam præcepto cogitur necessitatibus non solum extremis, grauib, & vrgentibus, sed etiam communibus, & ordinatis subuenire? Respondeo, opus & actum esse consilii, quando quis opulenter plus, aut pluribus dat quam debeat, aut quando liberaliter etiam non petentibus dat, aut quando commode a iocui possit mutuum dando, pauperis necessitatem subleuaret, & tamen non dat mutuum: sed gratis elemosynam, aut quando elemosynam erogat etiam ex his, quæ sunt sibi necessaria.

C A P. VIII.

Alia questiones de eadem re diluuntur.

Primo queritur, An diuites vitæ & statui bona superuacua habentes, si nullam prorsus elemosynam dent in communibus & ordinatis indigentium necessitatibus, lethaliter peccent? Respondeo, cum *Ledesma in 4. quæst. 15. art. 3. dub. 1. in responsione ad argumenta*, hoc lethali peccato tenent: nam eo ipso, quod nullis pauperibus, siue nunquam dant elemosynam, præceptum iuris naturalis & diuini de danda elemosyna violant. Ergo nisi respiciant, haud dubie lethali peccato polluti sunt. At vero si elemosynas quotidie dant, aut dandas curant, in lethali peccato minime versantur, quia etsi id quod superest, debeant in communes & ordinarios pauperum vius erogare, non tamen præcepto coguntur ad dandum omnibus pauperibus. Vnde S. Thomas in *quodlibet. 8. q. 6. art. 12.* sic ait: *Diuites saepe sunt alienando in lethali peccato, vel quod auari sint, & lucri cupidi, vel quod ex nimio diuitiarum amore elemosynam denegent: vel quod in periculum incidant subtrahendi elemosynam etiam in extremis, vel quasi extremis, vel grauib, & ordinatis necessitatibus.*

Secundo queritur, An iidem diuites lethale peccatum committant, bona superuacua vitæ & statui seruando sibi, vt suum, vel suorum statum superiorem, & altiorum efficiant, hoc est, vt maiorem diuitiarum, seu honoris gradum confendant, vel ad conuiuia, & alios sumptus conuenienter suo statui faciendos? Porro aliqui dicant, eos lethaliter peccare. Sed distinguendum videtur: Aut enim reseruant existentibus extremis, siue quasi extremis, seu etiam grauib, hominum necessitatibus: aut communibus dumtaxat, & ordinatis. Si primum, lethaliter peccant, quia vt diximus, communis est & recepta sententia, eos tunc obligari, ad elemosynam erogandam: Si secundum, minime lethaliter peccant; præsertim si aliquid in communes huiusmodi necessitates impendant, & reliquum sibi reseruent, quia probabiliter credunt vitæ statum altiorum adipisci se posse. Item communes, & ordinariæ necessitates facile subleuantur modicis elemosynis erogatis. Accedit etiam, quod potentes, & opulenti homines sunt reipublicæ vtilis, & necessarii, suntque quasi firmiora ossa & membra corporis.

Tertio queritur, An qui habet bona superuacua vitæ & statui suo, & suorum, ex præcepto cogatur ad inquirendum, an sint extremae, vel quasi extremae, aut graues pauperum necessitates? Non coguntur, vt colligitur ex S. *Thomæ secunda secunda, quæst. 71. art. 1.* Satisfaciunt enim præcepto, dum huiusmodi necessitatibus quas norunt, commode subueniunt, & dum parato sunt animo ad eas subleuandas quas reseruiant.

Quarto queritur, An tuta conscientia possit quis vnigraueriter indigentibus, & petenti, elemosynam denegare, data alteri graueriter quoque indigenti, & non petenti? Respondeo, posse id tuto fieri, quando vtrique commode subueniri non potest: quia non eo ipso, quod alteruter petat, nullum ius acquirit: ergo possumus cui maluerimus, elemosynam erogare. S. *Thomas Quodlib. 8. q. 6. artic. 12.* Quid si vterque extreme? Respondeo, tunc primo petenti, vel occurrenti esse elemosynam largiendam, quia periculum est ne fame pereat.

Quinto queritur, cum multi diuites simul nouerint extremam, vel quasi extremam, aut grauem alieuius necessitatem; Quis illorum diuitum præcepto cogatur ad eam subleuandam? Respondeo, singulos per se, & in solidum obligari: vno tamen ex illis subueniente, cæteri tunc diuites obligatione liberantur: & nihilominus tamen possunt inter se conuenire, vt quisque suam partem contribuat, ita vt tota necessitas subleuetur. Item si vnus illorum reuera velit, aut curet vt indigenti subueniatur, tunc alii etiam obligatione excusantur.

Quod si præuenierint, consilii opus faciunt, non præcepti. *Caietan. secunda secunda, quæst. 71. art. 1. ver. Ad secundum dicitur.*

Ex his perspicitur, quid sit dicendum in multis casibus passim occurrentibus, vt verbi gratia: An Aduocatus debeat suo patrocinio gratis defendere pauperem, aut viduam indigentem eius opeta: An Medicus, aut Chirurgus gratis mederi cogatur ei, qui nihil habet, quod soluat: An Pharmacopola obligetur ad medicinam gratis porrigendam pauperi, & egeno. An diues sciens vicinum suum captiuum teneri apud Turcas, & redemptione maxime egere, nec habere quo se redimat, cum redimere debeat: An diuites cum videant Pauperem annonæ penuria laborare, multos fame mori, aut cum sciant vicinos suos ad turpiter viuendum, aut ad peccandum cogi ob inopiam, & egestatem, qua misere premuntur, ad erogandum eis elemosynam, Christiana lege cogantur? Maior in *quart. distinctione 15. quæst. 7. §. Contra hanc conclusionem arguitur*, & Caietanus *secunda secunda, quæst. 71. art. 1.* docent in his, & similibus euentis esse obligationem elemosynam erogandi, quia sunt extremae, vel quasi extremae, vel graues necessitates.

Quinto queritur, An quando debitor & creditor simul in extremam necessitatem deueniant, debitor iure ipso cogatur ad soluendum creditori quod debet, & habet apud se? Sunt tres sententiæ: Prima est affirmantium, in ea re potius creditoris ius esse, quam debitoris, ac proinde eam rem esse illi soluendam. Sic *Scotus in 4. distinctione 15. quæst. 2. art. 4. in responsione ad argumenta, ver. Ad aliud, aut desinitur est.* Et *Richard. eodem libro & distinctione, art. 5. quæst. 4. ad 5. Gabriel ibid. quæst. 2. art. 2. conclus. 2. ver. Ad tertium casum.* *Medina, de restitut. questione 5. in causa 4. ad 4. Angelus in verbo, Restitut. num. 3. Rosell. eodem verbo. 1. num. 1. Syluest. eod. verbo. 5. quæst. 2. Armil. eod. verbo. num. 27. Nauar. in Manuali capit. 17. num. 60.* Ratio eorum est, quia duplici iure ac nomine ea res creditori debetur, tum quia est ab eo accepta, tum quia creditor in extrema est necessitate constitutus.

Secunda sententia est altiorum, dicentium, tuta conscientia posse debitorem eam rem sibi retinere vt suæ extremae necessitati subueniat. Ita *Palud in 4. dist. 15. quæst. 2. art. conclus. 1. Scotus lib. 4. de iusti quæst. 7. art. 1. ad 4. Caiet. secunda secunda, quæst. 62. art. 5. ad 4. Tabien. in verbo, Restitut. q. 4. & Ledesma in 4.* Id probant, quia in extrema necessitate omnia sunt communia. L. 2. §. *Cum in eadem ff. Ad legem Rhodiam de iactu.* Saltem quod attinet ad vsum, non dominium. Ex alia parte prærogatiua videtur debitor habere, quia possidet rem, & cum ambo in extremam necessitatem inciderint, melior est conditio possidentis.

Tertia opinio est eorum qui distinguunt: Aut res, quæ debetur creditori, est ex numero earum, quæ statim vlti consumuntur, aut non est: si primū, qualis est pecunia, vel panis in extrema fame, debitor potest sibi retinere, quia

dominium rei in eum transiit, & solum est debitor generis, non speciei, hoc est, non debet solvere illud idem quod accepit, sed tantundem quantum accepit. Si vero primum, tunc debitor debet creditori reddere. Exemplum sic: Simpliciter indiget creditor equo, ut vitam suam seruet, & eodem equo, quem commodato debitor accepit, simpliciter ipse quoque indiget, ut fugiendo saluus eadat, debet equum creditori restituere; quia creditor equi dominium habet, & aliqui perinde esset, ac si debitor creditorem equi possessione priuaret. Sic etiam videtur sentire *Naum. in Manuali cap. 17. n. 60.*

In hac difficultate in primis dicendum videtur, non esse cur distinguamus, ut distinguunt tertia opinio Auctores: quia quamuis res in extrema necessitate in dominium debitoris non venerit, usus tamen rerum in tali necessitate est usus communis. Vnde tota controuersia ad primam & secundam sententiam reuocatur. Et tamen si utraq; sit valde probabilis, videtur tamen secunda probabilior, quia in extrema necessitate portiones partes sunt debitoris quam creditoris, tum quia possidet, & melior est conditio possidentis, tum quia in tali necessitate omnia sunt, quod ad usum spectat communia. Nec obstat, quod ea res fuerat a creditore accepta, ac proinde illi alioqui debita: nam debebatur quidem, sed extrema adueniente necessitate facta est usus communis. Ergo potest debitor ea vti ad tuendam vitam suam.

Quid dicendum, cum quis extrema egestate pressus abstulerit rem alienam Domino in extremam quoque inopiam redacto? Meo iudicio tunc sententia Scoti videtur vera, cum debet Domino restituere, quia sicut fur est in auferendo, sic etiam fur est in retinendo. Est enim violentus, non legitimus rei possessor.

Sed quid si creditor, & pater vel mater debitoris in extremam simul necessitatem deuenierint, debitor ne poterit licite subuenire patri vel matri prætermisso creditore? Hæc quaestio apud Auctores primæ sententiæ locum non habet, quia secundum illos debitor etiam in extremam lapsum necessitatem, sibi tuta conscientia nequit retinere: multo minus poterit sibi habere ad subleuandam patris, vel matris necessitatem: at vero apud Auctores secundæ sententiæ, propositæ quaestioni locus est: & Tabienis, & Ledesma censent, non esse creditori reddendam. Sotus ait, utrumque esse probabile: sed videtur meo iudicio probabilius primum: tum quia res antea creditori debebatur tanquam ab eo accepta, & solum facta est communis debitor in extrema necessitate constituto, non autem parentibus eius. Quid si creditor, & filius debitoris, vel vxor simul in extremam necessitatem inciderint? Sotus ait, etiam probabile esse, posse debitorem sibi, vel vxori succurrere posthabito creditore.

Sed verius creditu est, creditorem tunc esse præferendum: Ex quo etiam intelligitur, eum esse anteponendum fratri debitoris vna cum creditore extremam vitam periculum aduenti: quod etiam Sotus concedit. Sed quid dicendum, si creditor simul, & Rex, vel Princeps extrema necessitate laborauerint; potius ne ius erit Principis, vel Regis? Respondeo, tunc Principem, vel Regem potius habere ius, quam ipsum creditorem, quia commune bonum est priuato præferendum. Imo ipse etiam creditor, tunc licite potest sua vita posthabita, Regis vel Principis sui vitam seruare.

Septimo quaeritur, Quid dicendum sit, quando debitor in extrema necessitate rem creditoris absumpsit, an postea ille ad pinguiores fortunam deueniens, debeat rei illius æstimationem soluere, vel eam tantidem compensare? Communis est omnium sententia eum debere. Ita Sotus, Richardus, Angelus, Rosella, Siluester, Armilla, Medina, Nauarrus, & Sotus locis supra citatis. Sic etiam Almainus in 4. dist. 15. q. 2. Couar. in Regula, Peccatum, par. 2. §. 1. n. 4. Quoniam extrema necessitas debitoris adueniens, debitum antiquum non exinguit, & perimit, sed suspendit ad tempus, ita ut sit quasi sopitum, non peremptum.

Quid si Titius in extrema necessitate alienum accipit, quo sibi subueniat indigenti, postea ne factus locupletior debet tantundem restituere? Duæ sunt opiniones: nam Scotus loco supra citato, & cum secuti Siluester in verbo *Furtum q. 5. Angelus eod. verb. q. 37. Rosel. ibidem n. 5. Tabien. ver. Restitutio. q. 4. Armilla in verb. Furtum, n. 10.* sentiunt eum non esse obligatum ad restituendum, quia bona fide consumpsit, & ante extremam necessitatem res minime debebat. Alij contra censent esse obligatum ad restituendum tantum. Sic Adrianus in 4. de Restit. q. qua incipit: *Quia dictum est de lucro*, Couar. in Reg. Peccatum, par. 2. §. 1. n. 4. Nauar. in Manuali c. 17. nu. 61. Idem videtur censere Ioan. Andr. & Panor. in c. Si quis, de Furtis, & probant ex l. Nescimus, ff. de Negocij gestis. Vbi habetur eum, qui alimenta præbuit alteri in necessitate constituto, posse repetere, si restat fuerit se ea repetiturum. Certe prima opinio magis ad veritatem accedit: omnis enim obligatio restituendi nascitur, vel ratione rei acceptæ, vel ratione acceptionis, sed is qui consumit alienum in extrema necessitate, non obligatur ratione rei acceptæ, quia apud se non habet, cum bona fide consumpsit: nec tenetur ratione acceptionis, quoniam acceptio rei alienæ est vel iusta, vel iniusta: In præsentī casu acceptio non est iniusta, quia accepit in extrema necessitate, & ex alia parte non accepit per contractum, vel quasi contractum, ex quo alioqui tenetur: ergo nulla est obligatio restituendi.

Auctores vero secundæ sententiæ primum obijciunt, quia in extrema necessitate res solum sunt communes, quantum ad usum, non dominium, ut exposuit Gloss. in l. 2. ff. ad legem Rhodiam de iactu. §. cum in eadem. Et alia Gloss. in cap. Sicut. d. 47. Respondeo id non esse negandum, nec enim opus est, ut res aliena transeat in dominium eius qui est in extrema necessitate: satis est, si res in eo casu licite consumatur: nam eo ipso, quod quis in tali necessitate consumit tuta conscientia, nihil postea restituere debet, quia consumptione rei factus est Dominus: quamuis alioqui non esset, si non consumeret: sicut possessor bonæ fidei, si consumat fructus ex re altera bona fide perceptos, ipsa consumptione, non ante fecit suos. Secundo obijciunt: si res ante extremam necessitatem deberetur ex contractu, vel quasi delicto, & postea eam quis in extrema necessitate consumeret, deberet æstimationem & pretium illius soluere, locupletior factus, ut est communis opinio, & ut dixi in quaestione superiori: ergo etiam debet restituere, quando in summa egestate accipit & consumit, si postea ditiores statum nactus fuerit, nam videtur esse eadem ratio in vno quæ in alio. Respondeo, negando idem ius esse, quia quando res ante debebatur, debitum huiusmodi non absumitur summa necessitate accedente: sed est quasi sopitum, & differtur & rejicitur in tempus, ac proinde adueniente ditiore fortuna obligatio restituendi permanet, eo quod nunquam fuit perempta: vnde is qui consumit, debet restituere pretium illius, non quidem ratione rei acceptæ, quam apud se non habet, sed ratione primi & antiqui contractus, vel quasi contractus, vel delicti, vel quasi delicti. At vero quando quis summa egestate pressus alienam rem accipit vel consumit, postea minime cogitur ad restituendum, quia non debet illam ex aliquo primo & antiquo contractu, vel quasi contractu, ex delicto, vel quasi delicto. Ad id vero quod dicitur ex l. Nescimus ff. de negot. gestis. Respondeo ibi sermonem esse, de eo qui indigenti, sed non extreme alimenta præstitit, testatus se ea repetiturum.

Octavo quaeritur, An qui est in extrema necessitate constitutus, peccet rem alienam accipiendo; qua subleuet suam egestatem? Communis est sententia, eum minime peccare. S. Thomas 2. 2. q. 66. a. 7. Gloss. in c. Si quis de Furtis. Adria. in 4. de restit. in q. qua incipit, quia dictum est de lucro. Couar. in Reg. Peccatum, par. 2. §. 1. num. 3. Et ratio est, quia in articulo extremæ necessitatis omnia sunt communia: nam ipsa natura institutum est, ut res sint ordinatæ & destinatæ ad hominum vitam & salutem conferuandam: qua-

propter quamuis sit facta diuisio rerum, & hoc v.g. sit meum, hoc tuum, semper manet naturalis ordo, quo res cunctæ sunt propter vitam hominum. Vnde est illud S. Ambrosij Serm. 81. & refertur in ca. Sicur hi, dist. 47. *Esorientium panis est, quem tu detines, nudorum indumentum est, quod tu recludis: Es miserorum redemptio, & absolutio est, pecunia, quam tu in terra desodas.* Sic ille. Nec obstat, si domino inuito, vel inscio accipiat vel auferatur: quia cum vrget extrema egestas, res, quæ proprium dominum habet, communis vsus fuit: Nec impedit cõtraria Domini, vel possessoris voluntas, quippe, quæ rationi consentanea non sit. In c. Discipulus, de Consec. dist. 5. *Discipulos*, inquit Apollonius, cum per segetes transiundo euellerent spicas, & ederent, ipseus Christi vox innocentes vocat, qui conati fame hoc fecerunt. Communis etiam sententia est, extra casum summæ necessitatis, nemini licere alienum accipere ad suam inopiam subleuandam. Ex hoc intelligitur, quid sit dicendum de viatoribus, qui vias ad vespendum colligunt. Ripa in l. damnum. ff. de damno infecto dicit, viatores id licite facere, si colligant, vt statim in vinea, vel in iplo itinere edant: non tamen si colligant, vt secum deferant. In lege Veteri Deut. 19. permillum erat, vt vias quisq; ex aliena vinea colligeret, vt ibi ederet, non vt extra efferret.

Obijcies id, quod habetur in c. Si quis, de Furtis: [Si quis propter necessitatem famis, aut nuditatis furatus fuerit cibaria, vestem, vel pecus, pœniteat hebdomadas tres: & si reddiderit, non cogatur ieiunare] Respondeo, cum S. Thoma secunda secunde, quest. 66. art. 7. ad 1. & cum Glossa in eo cap. Si quis, pœnitentiam iniungi ei, qui extra summam egestatem alienum accipit ad suam necessitatem subleuandam. Is enim peccat accipiendo, peccat item, non restituendo, quãdo commode potest: & quia id facit necessitate, quamuis non extrema pressus, ideo mitior pœnitentia ei imponitur, immo remittitur si statim restituerit quod accepit. In cogitur capite sermo non est de eo, qui in extremam necessitatem lapsus alienum accipit, vnde sibi subueniat. Si queras, an fas sit Titio alienum capere, vt subueniat extremæ necessitati Caij, quando Titius non habet, vnde illam necessitatem subleuet? Fas est, vt est communis opinio, quam habet S. Thom. secunda secunda, quest. 66. art. 7. ad 3.

CAP. IX.

Alia itidem quæstiones super eadem re dissoluntur.

Primo queritur, An si quis sit in extrema necessitate cõstitutus, satisfaciat eleemosynæ præcepto is qui mutuum illi dedit, non gratis? Duæ sententiæ: Vna est dicentium illum satisfacere, si mutuum dedit hac conditione, vt is qui indiget, restituat acceptum, si forte ad pinguiorem fortunam venerit. Sic Adrian. Quodlib. 1. ar. 1. versiculo, ex quo concludo, & in 4. de restitut. quæstione, qua incipit, Quia dictum est de lucro. Couarru. in Regu. Peccatum. par. 2. §. 1. num. 4. Nauar. in Manuali cap. 14. num. 61. Ratio eorum est, quia necessitas indigentis satis idoneè interim subleuatur, si diues mutuum dedit, quia mutuum date, etiam est misericordiæ opus. Et quia extrema necessitas non facit, vt dominium rerum sit commune, sed vsus. Altera sententia est dicentium, non impleri eleemosynæ præceptum, nisi in eo casu gratis detur, ad subleuandam extremam pauperis necessitatem. Sot. lib. 4. de Iustitia, quest. 7. art. 1. ad 4. Medina in Tratt. de eleemosyna, qua. 6. Maior. in 4. dist. 15. quest. 7. §. Vt autem clare videas. Ledesma in 4. par. 2. quest. 15. art. 3. Cordub. lib. 1. suarum quæstionum q. 26. Bannes secunda secunde, q. 32. art. 6. dub. 3. Et hæc sententia est meo iudicio tenenda: nam prima est omnino falsa, nec videtur probabilitatem habere, cum Doctores nomine eleemosynæ communiter accipiant id quod datur gratis ad subueniendum pauperis inopia: id autem quod mutuum datur, quamuis ex misericordia detur, Doctores id non eleemo-

synam, sed mutuum vocant. Dices: is qui in extrema necessitate consumit rem vel acceptam, vel sibi datam, debeat restituere ditior factus, ergo is qui dat, ea conditione, vt restituat, si ad pinguiorem fortunam venerit, solum petit id quod pauper aliqui facere iure compellitur: Respondeo, communi sententia esse receptum, vt superiore capite dixi, pauperem extrema egestate pressum, nullo iure cogi ad restituendum pretium rei consumptæ. Vgibus, nullum graue onus imponi pauperi, si quis dederit illi ea conditione, vt restituat, si fuerit locupletior factus. Respondeo, huiusmodi conditionem pugnat eam natura & ratione eleemosynæ, eo quod eleemosynæ, eo quod gratis dari debet, & eiusmodi conditio ad mutuum, non ad eleemosynam pertinet. Nec impedit id quod dicitur, in extrema necessitate vsum tantum, non dominium rerum fieri commune: quia pauper in eo casu sit Dominus consumptione rei.

Secundo queritur, An aliquando eleemosynæ præceptum impleat quis, mutuum dando pauperi, non gratis? Sotus, Medina & Ledesma loco supra citatis distinguunt: quando pauper non simpliciter indiget, nimirum, qualicet hoc loco, vel tempore egeat, alibi tamen habet bona, vnde viuere queat, vel habet vires, artem, industriam, vel spem, qua possit aliquando bona comparare, tunc satis esse, si diues mutuum det, quoniam iure non cogitur gratis dare. Quando vero simpliciter indiget, quia nec hic, nec alibi, nec nunc, nec postea aliquid habet, non satis est mutuum dare: Isti Auctores solum docere volunt aliquando pauperis necessitate commode & plene subleuari à diuite mutuum dante, vel rem commodante: vt si quis egeat equo, quo fugiendo saluus fiat, vel si egeat veste vt transiens per montes niue plenos, vitam suam seruet, aut si egeat lecto, vel habitaculo, quia ægrotat, vel cum Populus fame, vel pecunia laborat, & agricolæ frumentum non habent, quod serant. In his casibus & alijs similibus sufficit, si diuites mutuum, vel commodatum dederint, quia tunc obligat quidem misericordiæ præceptum, sed non præcisè eleemosynæ.

Sed difficultas est, an is eleemosynæ præceptum impleat, si mutuum dedit non gratis in his casibus in quibus eleemosyna sub præceptum cadit? neque enim idem est misericordiæ opus facere, quod eleemosynam largiri: latius enim patet misericordiæ opus, quam eleemosynæ. Meo iudicio per mutuum quod datur pauperi, non satisficit, eleemosynæ præcepto, quando obligandi vim habet, quia eleemosyna non datur, sed mutuum. Fateor quidem aliquando satis esse, mutuum dari pauperi, non eleemosynam, & tunc impleri præceptum misericordiæ, & charitatis, sed non eleemosynæ mandatum, quia quum obligat præceptum misericordiæ & charitatis, satisfacimus mutuum dando: at quando mandato eleemosynæ tenemur, non satisfacimus, nisi gratis dando.

Tertio queritur, An qui eleemosynam dare præcepto compellitur, restituere debeat ei, cui eleemosynam denegauit? Ratio dubitandi est, quia sancti Patres, Ambrosius, Bernardus, & alij videntur asserere, iustitiam violare eos qui bona superuacanea retinent, & pauperibus denegant: aiunt enim, eos retinere quod suum non est, sed alienum, videlicet pauperum. Respondeo ex communi sententia, obligatum non esse ad restituendum, quia non iustitiæ, sed misericordiæ & charitatis legem transgreditur: lege enim misericordiæ & charitatis cogimur ad dandum pauperibus quod superest nobis: vnde eleemosyna tanquam alimentum debetur pauperi, dum eger, non postea. Quid si pauper indigens debitum contraxit, quo suam necessitatem subleuaret, diuesne de eo quod sibi superest, debet eiusmodi debitum soluere? Respondeo distinguendo: Aut pauper habet, vnde soluat debitum quod in egestate contraxit: aut non habet, quia adhuc egestate premitur. Si primum, diues eleemosynæ præcepto non cogitur ad tale debitum soluendum, quia ipse pauper est debitor, non diues. Si secundum, tunc diues debet necessitati

pauperis

pauperis subuenire: non quia ante eleemosynam denegauerit, & pauper debitor contraxerit: sed quia pauper adhuc est in graui necessitate constitutus, siquidem non habet, unde possit creditori satisfacere.

Quarto quaeritur, Quid sit diuicibus dicendum, qui in Cœnobijs, templis ædificandis, vel dotandis, id quod superest, impediunt, & pauperibus eleemosynam denegant? Quid item de illis, qui cum multis bonis abundant, negotiatione assidua sibi ampliora bona acquirunt, vel donatione inter viuos, aut testamento accipiunt? Quid item de illis, qui quod superest, in futuram pauperum necessitates referunt, vel in mortis articulum impendendum reijciunt? Respondeo distinguendo: quando cumque extrema, vel quasi extrema, aut grauis necessitas est, aut quæ sit magni momenti & ponderis, huiusmodi diuites lethale peccatum admittunt, si eam non subleuent de eo quod sibi superest. Si vero tantum sint communes, & ordinariæ pauperum necessitates, lethalius etiam peccant nullam eleemosynam erogando: etiam si huiusmodi necessitates sint modicæ: quia non leue est quod ipsi faciunt, nimirum cum omnem eleemosynam denegant, & quod redundat ex bonis, in alios usus insumunt, posthabitis quibusuis pauperibus. Verum si largiantur, & ex parte subleuent tales necessitates, non peccant, si reliquum quod sibi superest, retineant, vel in alios usus honestos, & bonos impendant.

Quinto quaeritur, Quid sit dicendum, si quis ita avarus sit, & nihil ex suo velit insumere, quo suæ necessitati subueniat? Respondeo, ceteros eleemosynæ præcepto non constingi: ad illius necessitatem subleuandam, quia ipse habet unde possit sibi succurrere: quod si id non facit, sibi imputet, nisi tanta sit eius infirmitas, & deprauata animi affectio, qua sibi subtrahit vitæ necessaria, vt cogatur misericordiam præcepto ad subueniendum illi. Quem admodum si quis ex animi infirmitate, vel cæco affectu se suspendere, vel in sinum dei cere contemderet, misericordiam præcepto cogemur eum commodiore medio iurare.

Sexto quaeritur, An diues debeat eleemosynam largiri ex eo quod sibi superest, si credat futurum, vt post hebdomadam vnam vel alteram, vel post vnum aut alterum mensem id sibi, vel suis sit futurum necessarium ad vitam? Respondeo, distinguendo: Aut bona fide credit, aut mala. Si prima, potest sibi retinere, quia quod parum distat, nihil distare videtur. Si secundum, tunc opus est, vt id in communes, & ordinarias pauperum necessitates insumat. Item, si quis alius extrema egestate nunc laboret, tunc diues ille nequit illud sibi in futurum tempus referuare, si quidem pauper, nunc est in extremo vitæ periculo, & diuiti nunc bona superflua.

Septimo quaeritur, An censeatur extrema, vel quasi extrema necessitas, in quam quis venit ex alieno delicto, vt g. Titius cum sit innocens, creditur à Tyranno perimendus, nisi Caius eum pecunia redemerit? Respondeo, censeari, quia non prouenit ea necessitas ex facto, vel delicto ipsius pauperis, sed aliunde. Secus est, si pauper Titius Caius dixerit, solue debita mea, alioquin me interficiam. Hæc enim est nequitia, & Titius deprauata sua voluntate est ea in necessitate constitutus. Quare Caius nullo iure cogitur ei subuenire: neque enim sunt hominum nequitia iuuanda, aut fouenda: nisi Titius peccet in infirmitate animi, vel aliquo cæco affectu.

CAP. X.

Quis Eleemosynam dare possit.

DE hac re S. Thomas *secunda secunda, quæst. 32. art. 8. A. lexand. part. 4. q. 32. memb. 4. artic. 1. 2. 3. & 4. Richardus in 4. distin. 15. art. 2. q. 8. Summistæ in ver. eleemosyna. Host. in sum. tit. de panis. & remiss. §. Quibus & qualiter.*

Communis est sententia, solum eum, qui dandi ius &

Az. et. Infr. Moral. Pars 2.

potestatem habet, posse eleemosynam erogare: unde nequit is eleemosynam dare qui est alienæ potestati subiectus, vel is, cui per leges est interdicta suorum bonorum administratio; cuiusmodi est pupillus, minor, furiosus & prodigus, qui munere, & officio iudicis prohibetur, rem suam familiarem administrare, ne eam dilapidet.

Primo quaeritur, An filius familias possit aliquando eleemosynam dare? Potest ex bonis castrensibus, vel quasi castrensibus: quia eorum plenum ius, potestatem, & administrationem habet. Ex bonis vero profectiis, vel aduentitiis non potest: ex profectiis quidem, quia eorum proprietas, & usus fructus est penes patrem: ex aduentitiis autem, quia quamuis eorum proprietatem habeat, non tamen usus fructum, qui est apud patrem dum viuit. Filius familias itidem cum longa peregrinatione suscepta consensu patris iter facit, vel cum in schola versatur studij litterarum gratia, vel cum paternis negotiis perit absens à domo patris, potest tura conscientia ex bonis paternis eas eleemosynas dare, quas erogare solent alij filij familias inuicem conditione pares, & eas quas bona fide credit ratas habiturum patrem. Insuper si parce viuendo subtrahat sibi aliquid, ex his quæ ad ipsius victum patet concedit, potest id in pauperum usus impendere. Quid si ludo aliquid iuicifererit, an id etiam pauperibus erogare queat? Ordinarie non potest, quia id acquiritur patri: tacita vero ex tacita patris voluntate, qua bona fide creditur ratum habiturus, quod filius dederit ludo patrum, potest tura conscientia id facere.

Secundo quaeritur, An seruus aliquando possit eleemosynam dare? Non potest, quia quicquid habet, est Domini: & quicquid acquirit, Domino suo acquirit: ideo est tamen dare ex peculio, cuius plenam ipse administracionem Domini consensu habet, & ex eo quod sibi subtrahit, parce viuendo, cum certum quid ad victum eius Dominus dederit: in his enim duobus casibus tacita voluntas Domini videtur subesse, vt id impendat in quos voluerit usus.

Tertio quaeritur, An Monachus, siue Religiosus possit aliquando eleemosynam dare, puta ex datis sibi eleemosynis ad suum victum? Ordinarie non potest, ac si peregrinetur, vel Abbatis siue superioris consensu sit in scholis studij litterarum causa, vel extra cœnobij negotij causa commoretur, potest eas eleemosynas dare, quas largiri contulerunt alij eiusdem ordinis & conditionis Monachi: tunc enim id vsus in ordinata tacite receptus habet: nam si id consuetudo ordinis, siue religionis non permitteret, non posset: & propterea tacito superiorum consensu factum censetur. Item Monachus qui tanquam procurator cœnobij bona administrat, potest eleemosynas dare, quas eiusdem ordinis Procuratores consueuerunt.

Quid si parce viuens sibi ipsi subtrahat aliquid ex his quæ accipit ad victum suum? Respondeo, non esse idem iuris in parte de Monacho, quod est de filio familias, aut seruo: quia Monachus non solum acquirit Monasterio, sed etiam suam voluntatem superiori plene subiectam habet. Unde nisi subit expressa, vel tacita voluntas superioris, nequit Monachus ex eo, quod sibi subtrahit ex datis vel acceptis, ad suum victum eleemosynam dare. Partatione si iter faciens eleemosynas recipiat, nequit sine expresso vel tacito superioris consensu, ex pecunijs acceptis eleemosynas erogare; nam quicquid superest ex illis, Monasterio acquiritur, nisi aliud habeat usus in Monachali ordine expresse vel tacite receptus.

Quarto quaeritur, An vxor possit eleemosynas dare? Ordinarie non potest; potest tamen in nonnullis casibus; Primo, vt opem & gratiam diuinam à Deo impetret in bonum mariti tali remedio indigentis. Secundo, quando aliquid sibi subtrahit ex datis sibi ad victum. Tertio, quando maritus diues est, sed profus negligens in dandis eleemosynis. Quarto, quando mos est in Propincia, vel Patria receptus, vt vxores eleemosynas dent.

Quæres, An possit dare ex bonis paraphernalibus: Pa-

raphernalia bona dicuntur, quæ accipit vxor à parentibus vel cognatis, vel alijs præter dotem, in suos vsus. Communis est Doctorum sententia, ex huiusmodi bonis posse vxorem elemofynas erogare, quia sunt extra dotem, & maritus solius dotis dominus est, siue vsufructuarius. Verum hæc sententia in iure tantum cõmuni locum habet, quo bona paraphernalia vxoris sunt, non mariti; In quibusdam tamen prouincijs, vel locis extant statuta Principum, & Ciuitatum, quibus etiam paraphernalia bona subijciunt administrationi viri; ac proinde in ijs locis vxor non potest ex hisce bonis elemofynas largiri. Quid dicendum de bonis, quæ vxor sua industria, & opera lucratur, aut donatione alicuius acquirit; Etiam est communis sententia ex hisce bonis posse dare elemofynam, & sic S. Thomas concedit *secunda secunda, quæst. 32. artic. 8. ad 2.* Sed hoc quoque locum habet in iure communi, quod talium bonorum proprietatem, vsufructum, & plenam administrationem vxoribus permittit. Cæterum alicubi Principum Constitutionibus decretum est, vt inter virum & vxorem sit contracta societas omnium bonorum, quæ alterutri coniugum acquiruntur ab initio coniugij: ita tamen vt dimidia pars, quod attinet ad proprietatem, & dominium, sit vxoris, altera dimidia viri. Vsufructus vero, & plena administratio huiusmodi bonorum, sit penes maritum; & tunc vxor ex his bonis nequit elemofynas dare; quia caret administratione.

Quid dicendum de vxoribus, quæ modicas ac tenues tantum elemofynas dant: puta, parum panis, aut vini, aut olei, aut falis? Respondeo, modicum pro nihilo reputari, & proinde non est cur eis scrupulos injiciant Confessarij. Idem iuris est, si dederint elemofynam pauperi extrema, vel quasi extrema egestate laboranti: nam scriptæ, & humanæ leges iuri naturali derogare non possunt.

Quæres itidem, Quenam voluntas tacita superiorum in hac parte censetur? Respondeo, id arbitrio boni viri esse relinquendum. Non enim iudicandum est secundum voluntatem superiorum, qui sunt seueri, & asperi, & qui nolunt, vt quippiam fiat absq; eorum expresso consensu: sed iudicandum est, quid secundum rectam rationem fieri debeat, aut deceat, aut possit.

Quinto quæritur, Quid dicendum de his, quibus promissa est alienorum bonorum administratio, cuiusmodi sunt tutores pupillorum, curatores minorum, Præfecti Religiosorum conuentuum, & alij procuratores, & administratores: possint ne elemofynas dare ex his bonis, quorum administrationem habent? Possunt, quoniam quamuis talium bonorum proprietates penes ipsos non sit, est tamen administratio, & in vtilitatem eorum, quorum bona sunt, cedit, vt elemofynas dent.

CAP XI.

De Obligatione dandi elemofynam, quam habent Ecclesiastici Beneficiarij.

Quæstio est apud Auctores, An Beneficiarius arctius obligetur ad dandum elemofynam, ex fructibus sui beneficij, quam Laicus ex bonis sui patrimonij? Communis est sententia: arctius obligari, quia sunt veluti pauperum parentes. Sed controuersia est, in quo consistat arctius ac strictius huiusmodi obligationis vinculum. Nauarrus enim in *Libello de Redditibus Ecclesiasticis, & in Apologia in suam defensionem edita* censet, tale vinculum ideo esse arctius, quia Beneficiarij iustitiæ lege obligantur in vsus pauperum erogare, quicquid sibi superest ex fructibus beneficiorum, cum tamen Laici diuites solo misericordiæ præcepto cogantur largiri pauperibus. quod superest ex bonis sui patrimonij. Alij vero putant solo misericordiæ & charitatis præcepto obligari Beneficiarios ad impendendum id quod superat ex fructibus beneficiorum in com-

munes & ordinarias pauperum necessitates. Et nihilominus dicunt huiusmodi præcepti vinculum arctius Beneficiarios adstringere, quam Laicos diuites, quia Episcopi, & Beneficiarij Clerici sunt veluti patres pauperum. Ita *Sotus lib. 10. de Iustitia, quæstione quarta, articulo 3. conclus. 1. quem iuniores Theologi sequuntur.* Caietanus vero *secunda secunda, quæst. 85. artic. 7.* censet Episcopos & Clericos Beneficiarios, quorum redditus Ecclesiastici sunt pingues, & ampli, quales sunt in Episcopis, & Abbatibus Germaniæ, Franciæ, Poloniæ, & Hispaniæ, lege iustitiæ debere pauperibus erogare, vt minimum, quantum partem fructuum: cæteros vero, quorum redditus Ecclesiastici sunt, vel tenues, vel mediocres, non lege iustitiæ obligari ad elemofynas dandas, sed tantum præcepto misericordiæ, & charitatis cogi ad dandum pauperibus si quid superest ex fructibus beneficiorum: hoc ideo sensit Caietanus, quia existimauit decimum esse in ecclesia institutum, non solum ad Clericos sed etiam pauperes sustentandos, & quia sacris Canonibus sancitum non est, vt ex bonis Ecclesiæ fiant quatuor portiones: quarum vna sit Episcopi altera Clericos inferuentium Ecclesiæ: Tertia, quæ Ecclesiæ fabricæ deputetur: Quarta, quæ distribuatur in pauperes: Sensitque Caietanus, partem pauperibus debitam esse penes Episcopos, & Abbates, vbi eorum redditus sunt ampli: vbi vero sunt tenues vel mediocres, censuit, eos tantum habere portionem sibi debitam ad suum victum necessariam: cuius dominium habere Episcopos Beneficiarios docet S. Thomas *secunda secunda, quæ. 185. artic. 7.* vbi ait: *De his autem* (& loquitur de bonis Ecclesiasticis Episcoporum, & Clericorum) *quæ sunt specialiter suo vsui deputata: videtur esse eadem ratio, quæ est de proprijs bonis, vt scilicet propter immoderatam affectionem & usum peccent quidem, si immoderata sibi retineant, & alijs non subueniant, sicut requiritur debitum charitatis.* Sic ille.

In hac controuersia dicendum videtur, in primis Abbatibus & Priores, qui Abbatis, & Prioratus sibi commendatos habent, præter portionem quam debent ministris, & fabricæ Ecclesiæ, iuxta formulam in electione & fundatione prescriptam, cogunt quartam partem fructuum in pauperum vsus impendere: quia cum Romani Pontificis auctoritate tales Abbatis & Prioratus commendantur, licet Pontificæ expediuntur continentes clausulam, vt erogent in pauperum vsus quartam fructuum portionem. Vnde consequens est, vt id lege iustitiæ facere compellantur, quia tales Abbatis, & Prioratus ea conditione commendantur illis, quare si conditionem non implent, violant iustitiæ legem, & pauperibus restituere debent quod denegarunt. Cæteri Clerici Beneficiarij, qui nomine, & iure nulli beneficia habent, arctiori vinculo legis adstricti sunt ad dandum pauperibus, quod superest ex fructibus beneficiorum, quam Laici diuites, atq; opulenti: Et arctius huiusmodi vinculum consistit, primum, quod Beneficiarij debent quod superat, erogare in communes, & ordinarias pauperum necessitates, alioqui lethaliter peccant: eum tamen Laici opulenti minime lethale peccatum admittant, si quod redundat, aliqua ex parte referant ad suum, vel suorum statum ampliorem faciendum, & aliqua ex parte in communes & ordinarios pauperum vsus impendant.

Idem, vt docet S. Thomas *secunda secunda, quæstione 185. artic. 7. ad 2.* Beneficiarij ex bonis beneficiorum nequeunt consanguineis dare vt ditentur, sed tantum vt non indigentes: eum tamen Laici diuites licite possint dare cognatis & alijs, vt eos locupletent, dummodo tamen exremam, vel grauem pauperum egestatem subleuent, & de eo quod superest, aliqua in communes, & ordinarias pauperum necessitates infundant. Denique quamuis Clerici Beneficiarij non cogantur lege iustitiæ largiri pauperibus, quod redundat ex fructibus suorum beneficiorum: nihilominus tamen arctiori vinculo misericordiæ & charitatis, quam Laici diuites tenentur, eo quod Laici solo præcepto iuris naturalis, & diuini obligantur: at Cle-

rici Be-

rici Beneficij astringuntur non solum iure naturali, & diuino, sed etiam Canonico & Ecclesiastico; nam secundum Canones debent in pauperum vsus quod superest ex fructibus beneficiorum, impendere.

Multa extant decreta, in quibus habetur, bona Clericorum videlicet ex Ecclesia acquisita, esse eis, & pauperibus communia. cap. Res Ecclesie, 11. questione prima, capitul. Quia tua fraternitas, eadem causa, & questio. c. Aurum. 12. quasi. 2. cap. Conuenior, 23. questione septima, et. Quoniam. 16. questione prima, capit. Gloria Episcopi, 12. questione secunda. Item secundum eisdem Canonos & alios, Episcopi sunt procuratores, & quasi patres pauperum, dispensatores, & administratores bonorum Ecclesiasticorum. cap. Si priuatum, 12. quasi. prima & c. 1. 14. questione prima & c. Ex Canonibus 16. quasi. prima. ca. Quorum vices, dist. 68. Insuper olim Ecclesia constituit, vt ex redditibus, & bonis Ecclesie quatuor fierent portiones, quarum vnam haberet Episcopus: secundam, Clerici; tertiam, Ecclesie fabrica; quartam, pauperes. c. De Redditib. c. Quatuor, c. Cognouimus, c. Mos est, duodecima questione secunda.

Ceterum ad hos omnes Canones respondent Sotus & alij iuniores, in his sermonem esse de Clericis, qui quondam in commune bona Ecclesiastica possidebant, non tamen de his, quibus facta bonorum Ecclesiasticorum diuisione certa quaedam portio deputata est. Sed contra est quod habet S. Bernardus in Epistola ad Fulconem, quae est ordine sexta, quo tempore facta iam erat bonorum diuisio. Fulconem sic alloquitur Bernardus: Verum tamen quae sunt illa tua beneficia Ecclesie? Respondeo: quia surgis ad Vigilias, vadis ad Missas, horis Chorum nocturnis, diuinisq; frequentis. Bene facis. Sic Ecclesia prebendam gratis non accipis. Dignum est, vt qui altari inferuis, de altari viuas. Conceditur ergo tibi, vt si bene deseruis, de altario viuas: non autem vt de altario luxuriaris, vt de altario superbias: vt inde compares tibi frana aurea, sellas depictas, calcarias de argentea, varia griseaq; pellicia ad collo, & manib. ornata purpureo diuersificata. Deniq; quicquid praeter necessarium viciu ac simplicem vestitum de altario retines, tuum non est: rapina est, sacrilegium est. Nimirum loquitur sic Bernardus, quia quod superest beneficio Clerici, pauperibus, debetur iure naturali, diuino, & Canonico. Idem Bernardus in Epist. 42. ad Henricum Senonensem Archiepiscopum: Clamant, inquit, nulli, clamant famelici, conuenerunt, & dicunt: Dicit Pontifex, in frano quid facit aurum? numquid a frano repellit frigus sine usuriam? Nobis frigore, & fame laborantibus quid conferunt tot mutatoria, vel e-cenia in porticijs, vel plicata in mantice? Nostrum est quod effunditis: nobis crudeliter subtrahitur, quod inuicem expenditis. Vita nostra cedit vobis in superfluis copias: nostris necessitatibus detrabitur, quicquid accedit vanitatibus vestris. Duo denique mala de vna procedunt radice cupiditatis, dum & vos vanitando peritis, & nos spoliando perimitis: iumenta gradiuntur onusta gemmis, & nostra non curatis crura nuda caligulis, Annuli, catenula, tinnibula, & clauata quaedam corrigia, multaq; talia tam speciosa coloribus, quam ponderibus pretiosa multorum dependent cervicibus: fratrum autem lateribus, nec semicinctia miserantes apponitis: Huc accedit, quod hac omnia nec negotiationis studio, nec proprio manuum exercitio vobis elaborastis, nec iure hereditario possidetis. Haec Bernardus.

Præterea, post factam diuisionem bonorum Ecclesie loquitur Gratianus in capit. Episcopatus, decimaquarta questione prima. §. Quia ergo, & tamen sic ait: Aliud est sua possidere, aliud communium procuratorem esse. Canonici non possident sua, quia res Deo oblata non sunt alicuius: vtuntur enim rebus Ecclesie non vt suis, sed tanquam ad dispensandum sibi creditis. Et paulo inferius dicit: Isti (nimirum Canonici) non sua possident, ita nec sua repetunt, sed res Ecclesie, quarum procuratorem gerunt. Et cap. Nulli, duodecima questione prima. Si ergo, idem Gratianus sic ait: Sicut perfectione charitatis manente secundum discretionem Ecclesiarum distributio sit Ecclesiasticarum facultatum, dum alij possessiones huius Ecclesie ad dispensandum committuntur, ex quibus licet res Ec-

clesia omnibus debeant esse communes: primum tamen sibi & sua Ecclesia deseruiens necessaria Episcopus subministret, reliqua, qua super sunt, fidelium vsibus ministraturis: Ita & prebenda Ecclesiarum earum caritate manente, pie & religiose possunt distribui: nec tum rebus Ecclesie vt proprijs, sed vt communibus utilitatibus deseruiatur, vt ex his, quia sibi assignata sunt, primum sibi necessaria percipiat: Si qua vero suis necessitatibus super sunt, in communes vsus Ecclesie expendat. Hactenus Gratianus: Accedit huc, quod Romani Pontifices in toto titulo, de Testamentis loquuntur post factam iam bonorum Ecclesiasticorum diuisionem: & tamen capitulo primo prohibetur Episcopus testamentum facere, de bonis ex sua Ecclesia acquisitis, & capitulo Cum in effijs, eodem titulo, ex Concilio Lateranensi dicitur: Quidam Clerici cum ab Ecclesijs suis multa beneficia perceperint, bona per eos acquisita in alios transferre praesumunt. Hoc igitur, quia antiquis Canonibus constat inhibuit nos indemnitate Ecclesiarum providere volentes, siue intestati decesserint, siue alijs conferre voluerint penes Ecclesias eadem bona praecipuum remanere. Vbi Glossa antiquos Canones citat in capitulo. Placuit, & capitulo. Quicumque, duodecima questione undecima: & capitulo. Obiitum, eadem causa questione quinta. Item in capit. Ad haec, eodem titul. Alexand. III. sic ait: Praesentibus innoscat, quod Clerici, de mobilibus, quae per Ecclesiam sunt adepti, de iure testari non possunt: viuentes tamen, & sui compos, moderate valent aliqua, de bonis ipsi non ratione testamenti, sed elemosyna intuitu erogare in agritudine constituti. Et in capit. Quia nos, eodem titul. idem Pontifex Licet Clerici, inquit, de his quae paterna successione, & cognationis intuitu, aut de artificio sunt adepti, seu dono consanguinorum, aut amicorum, non habito respectu ad Ecclesiam, perueniant ad ipsos, libere disponere valeant. De his autem, quae consideratione Ecclesie perceperunt, nullum de iure possunt facere testamentum. Et in capitulo. Relatum. 2. eodem titul. decessit, vt de proprijs bonis possit testari Clericus in acquisitis vero per Ecclesiam, etiam si sint mobilia, succedat Ecclesia, vel successor ipsius Clerici: & nihilominus possit aliqua pauperibus, & religiosis locis, & illis, qui viuenti seruerant, iuxta seruitium editum conferre. Hinc etiam est, vt secundum Canones bona Clericorum ex beneficijs acquisita & relicta, post obitum, ad Ecclesiam, in qua beneficia habuerant, vel ad successorem pertineant, & lapsu temporis Romani Pontifices huiusmodi Clericorum bona, spolia Clericorum vocantur, & ad Pontificiam Cameram spectare voluerunt, Haec omnia Canones iure optimo sanxerunt, quia voluerunt, vt quicquid ultra decentem & honestam victum, Clerici ex fructibus beneficiorum habent, in pauperes erogent: quod si in vita non fecerint, constituerunt vt in morte de huiusmodi bonis testari aut libera voluntate statueri non possent. Et Concil. Triburien. eod. titul. est post diuisionem bonorum Ecclesiasticorum factam, & tamen. cap. 13. sic ait: Si ergo quarat aliquis, cur decima detur, sciat quod ideo danda sunt, vt hac donatione Deus placeatur, largius praestet quae necessaria sunt, & vt ministri Ecclesie exinde releuati liberiores fiant ad spiritualis seruitii exploitationem: & vt munus populi ex hinc in quotidiana oblatione Domino immoletur: nec non secundum statuto Canonum in sustentationem pauperum, & restaurationem Ecclesiarum proficiant. Quatuor enim fieri partes iuxta Canones indicamus de decimis, & oblationibus fidelium: vt vna sit episcopi: altera Clericorum: tertia pauperum, quarta restaurationi Ecclesiarum seruetur: Sicut in Epistola Gelasii Papa c. 27. legitur Haec ibi. Item dubitari non potest, quin Synodus Trid. sua decreta, & Canonos ediderit facta iam bonorum Ecclesiasticorum diuisione: & tamen scilicet 25. capit. 7. de Reformatione dicit in hunc modum: Quapropter exemplo Patrum nostrorum in Concilio Carthaginiensi non solum iubet, vt Episcopi modesta suppellectili, & mensa, ac frugali victu contenti sint, verum etiam in reliquo vita genere, ac tota eius domo caueant, ne quid appareat quod a sancto hoc instituto sit alienum, quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum

præ se ferat. Ommino vero eis interdicit, ne ex redditibus Ecclesie con sanguineos familiaresque suos augere studeant: cum & Apostolorum Canones prohibeant ne res Ecclesiasticas, quæ Dei sunt con sanguineis donent: sed si pauperes sint, his, ut pauperibus, distribuant: eas autem non distrahant, nec dissipent illorum causa, immo quam maxime potest, eos sancta Synodus monet, ut omnem humanum hunc erga fratres, nepotes propinquosque, carnis effectum, unde multorum malorum in Ecclesia seminarium extat, penitus deponant. Quæ vero Episcopi dicta sunt, eandem non solum in quibuscumque beneficiis ecclesiasticis tam secularia, quam regularia obtinentibus, pro gradus sui conditione obseruari, sed & ad Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinales pertinere decernit, quorum consilio apud Sanctissimum Romanum Pontificem, cum uniuersali Ecclesie administratio nicasur, nefas uideri potest, non his etiam virtutum insignibus ac viuendi disciplina eos fulgere, quæ merito omnium in seculos conuertat.

Postremo quisquis voto Religiosæ paupertatis adstrictus beneficium regulare possidet, non solum iure naturali, diuino, & Canonico: sed etiam ratione voti paupertatis emissa cogitur in communes & ordinarios pauperum usus erogare quicquid ex redditibus beneficii habet, præter id, quod est sibi necessarium ad victum honestum & commodum; nam cum paupertatem religiosam Deo permiserit, quamuis legitime, & Canonice factus sit Beneficiarius, nequit ex beneficii fructibus plus capere, aut retinere, quam quod est ad se sustentandum necessarium.

Si quartas, Quam partem fructuum debeat beneficiarius in pauperum usus impendere? Sicutus lib. 10. de Iustitia quæstio. 4. articulo. 4. dicit, debere Beneficiarium in pauperes erogare quartam partem fructuum, quando beneficium est pingue, & amplum. Sed hæc Regula in vsuetum habere locum non potest. Quid enim, si duæ partes tantum fructuum sufficiunt ad Clericum commodè sustentandum, & duæ super sint, nonne id quod superest, debet pauperibus dari? Quid itidem, si tres partes fructuum satis non sint ad commodum Clerici victum, an non poterit ex quarta etiam parte se sustentare? Quare dicendum est, Clericum ex fructibus beneficii debere pauperibus largiri, secundum decreta, & Canones Ecclesie quicquid abundat ex commodò ipsius victum.

Secundo quaeritur, An Clericus Beneficiarius possit nutu suo statuere de eo, quod sibi parcius viuendo subtrahit ex portione ad sustentationem deputata, An vero id etiam tanquam abundans debeat in pauperes distribuere? Quidam respondent, posse de eo statuere quicquid velit, ac proinde nullum peccatum in admittere, si illud dederit con sanguineis: quemadmodum potest dare sui patrimonij bona. At S. Thomas quæstio. 185. articulo. 7. ad 5. Et ideo si de eo, quod vsui Episcopi, vel aliorum Clericis est deputatum, velit aliquid sibi subtrahere. Et con sanguineis, vel alijs dare, non peccat, dummodo illud faciat moderatè, id est, ut non indigeant: non autem ut diuiores inde fiant. Ita S. Thomas, & rectè, quia Clericis Beneficiarijs iure Canonico est interdictum, ut ex bonis Ecclesie darent con sanguineos, quamuis ex suo patrimonio possint more Laicorum.

Tertio quaeritur, An hi, qui pensionem Ecclesiasticam habent, debeant in usus pauperum erogare, si quid ex illa super sit? Quidam censent, pensionarium de fructibus pensionis posse suo nutu statuere eadem ratione, qua de suis patrimonij bonis, eo quod pensio non est Ecclesiasticum beneficium, & datur pensionario in alimentum, & subsidium vitæ, ergo quod superest, pauperibus minime debetur: nisi eadem ratione, qua patrimonij bona superuacanea. Alijs autem videtur, pensionis fructus connumerari non posse inter patrimonij bona, ac proinde pensionarium non posse de illis statuere pro suo arbitratu, ac voluntate.

Hæc quæstio solum locum habet in his pensionibus, quæ Clerico nomine, & iure Clerici conferuntur, non de his, quæ Militibus, certorum Ordinum etiam coniugatis dan-

tur: nec de his, quas quidam accipiunt, ut laboris & operæ stipendium & mercedem.

Hoc posito, videtur cum ipso Canonico iure congruere, ut huiusmodi pensiones non habeant eandem rationem qua patrimonij bona: nam sunt portiones quedam ex beneficiis Ecclesiasticis detractæ, & ideo sunt bona, quæ Clericus ex Ecclesia & per Ecclesiam habet. Unde consequens est, ut Clericus nequeat de illis arbitratu suo statuere: nam iure communi prohibetur testari de bonis ex ecclesia acquisitis, ut superius dixi. Item, secundum Canones non potest Clericus ex bonis ecclesie dare propinquis, nisi, ut non indigeant, non autem, ut locuplecentur, ut dicit Sanctus Thomas secunda secunda, quæstio. 185. articulo. 7. ad 2. Quare ex his colligi videtur, etiam secundum Canones, Clericos pensionarios debere in pauperum usus largiri quod superest, quamuis Canones non præcipiant, ut erogent in pauperes quod ex patrimonij bonis redundat, hoc enim liberum relinquunt, ut de illis statuatur secundum ius naturale, & diuinum, quo etiam Laici tenentur.

Quinto quaeritur, Quid dicendum de Militibus, siue equitibus religiosis, qui Commendatarij vulgo dicuntur, cuiusmodi sunt S. Ioannis Hierosolymitani, S. Jacobi, Calatrabæ, & Alcantaræ in Hispania, Au videlicet tam a clo, & leuero præcepti vinculo tenentur, quam Clerici Beneficiarij, quod atinet ad elemosynam faciendam ex annuis redditibus quos habent, & quos Comendatarios appellat.

Nam, censet eodem præcepti vinculo Clericos beneficiarios teneri, quia redditus annui sunt Ecclesiasticæ bona, ac proinde quod superest ex illis, non solum iure naturali, & diuino misericordiæ, & charitatis, sed etiam secundum Canones & legem Iustitiæ pauperibus debetur. Dicendum existimo, imprimis: Huiusmodi Militibus non sunt habendi inter Clericos beneficiarios, ut eorum annui redditus beneficia Ecclesiastica censentur, cum non conferantur ratione ministerij spiritualis, siue Ecclesiastici, siue Clericalis, sed tantum ratione & titulo militari, quamuis sint Ecclesiastica bona, utpote ex bonis ipsius militaris ordinis acquisita. Deinde huiusmodi bona, quæ commendata habent ab ordine militari, in eos usus dispensare queant, quos ordinis statuta, & Regulæ permittunt. Aliquando enim ordo ipse præcipit, ut certam fructuum partem maiorem, minoremue pro varijs necessitatibus, ordinis quotannis eidem ordini pendant, & reliquam sibi retineant in usus quos voluerint dispensandam. Item statutis aliquando decernitur, ut omnes fructus annuos suo nutu expendant, dummodo quotannis in catalogum redigant quicquid habent, & Magistris ordinis descriptum, tradunt: alioqui tanquam proprietarij habentur, & puniuntur, eo quod contra paupertatem voto promissam facere videantur.

CAP. XII.

Ex quibus bonis possit Eleemosyna dari.

De hæc re Sanctus Thomas prima secunda, quæstio. 31. articulo. 7. Alexand. part. 4. qu. 33. memb. 2. art. 1. v. g. ad 5. Richard. in 4. distinet. 15. articulo. 2. quæst. 5.

Imprimis ex his bonis, quorum quis dominium, & plenam administrationem habet, elemosynam largiri potest, non autem ex alienis, aut ex communibus, sibi, & alijs socijs, nisi pauperis necessitas sit extrema.

Primo quaeritur, An si apud nos sint aliena bona, & propria etiam habeamus, possimus tuta conscientia extremæ pauperis egestati subuenire ex alieno, reseruatæ proprijs? Respondeo, non posse, nam quamdiu proprium habemus capere alienum non possumus. Medina, de elemosyna quæst. 5. & Ledesma in 4. quæst. 15. art. 5. ad 2.

Secundo quaeritur, An ex alieno per nefas accepto possit dari elemosyna? Distinguedum est: Aut pauper est

in extrema necessitate constitutus, aut citra: Si primum; danda est elemosyna, si nihil proprium quis habeat, quia in extrema necessitate omnia sunt communia. *l. 2. ff. Ad legem Rhodiam de Iactu.* Si secundum dari non potest, quia tunc alienum suo domino debetur, non pauperi, nisi quis dederit inopi animo & voluntate restituendi tantundem domino, quando res est, qui in eodem genere functionem habet: hoc est, quando talis est, ut restitui debeat in genere, non in specie. verbi gratia: est apud Titium pecunia furto sublata, quæ domino non in eadem specie, sed in genere debetur, potius Titius dare pauperi, dummodo tantundem habeat, quod Caio domino reddat.

Tertio quaeritur, An ex bonis contra legem acquisitis possit quis elemosynam dare? S. Thomas, Alexander, Richardus, *locis supra citatis* aperte negant, ex huiusmodi bonis posse quempiam elemosynam dare, cuiusmodi sunt, inquit, acquisita per Simoniam, vel ex ludo alexæ, quia talia retineri non possunt. Canones enim præcipiunt, ut quod est Simoniacè acceptum, in pauperum usus erogetur, & leges prohibent, quod est alea acquisitum retineatur. Iuniores tamen distinguunt: Aut acquisitum est aliquid contra iura non solum prohibentia, sed etiam facientia irritum, quod fuerit acceptum: aut est acquisitum solum contra iura verantia, ne quid accipiat, non tamen irritum reddit, quod est acceptum. Si primo, ex eo nequit aliquis elemosynam dare. Talia sunt simoniacè accepta, quæ secundum Ecclesiasticas Constitutiones debent restitui Ecclesiæ, in qua est Simonia commissæ: Si vero secundum, potest ex eo elemosyna erogari. Tale est quod ex ludo alexæ paratur, quod secundum conscientiam ante sententiam Iudicis fisco Principis reddi non debet.

At nihilominus sententia S. Thomæ est vera. Nam id quod contra legem accipitur, aut est Ecclesiæ, vel fisco restituendum, aut saltem is, qui accipit, condemnari potest ad restituendum. Quare quamvis ante condemnationem criminis restituere non debeat, debet tamen, si criminis condemnatur; ac propterea quamvis interim possideat, prohibetur tamen alienare, & distrahere.

Quarto quaeritur, An quando bona alicuius sunt publicata, ipso facto, vel iure propter crimen; verbi gratia, propter hæresim, aut læsam maiestatem, possit quis elemosynam dare pauperibus citra extremam necessitatem aut criminis condemnationem? Medina & Ledesma, *locis supra citatis* negant posse, quia qui talia crimina commisit, est bonorum suorum dominio priuatus. *cap. Cum secundum leges, de Hæres. in sexto.* Quidam autem affirmant posse, quia huiusmodi reus donec criminis condemnatur, sua bona legitime possidet. Sed verior est Medina, & Ledesma sententia, quia etsi ante criminis condemnationem possideat, prohibetur tamen donare, alienare, & distrahere.

Quinto quaeritur, An qui ludendo lucrificat non contra legem, possit ex lucro elemosynam largiri, si pecuniam ludo expositam fuerat furatus? Potest, quia fecit suum, quod ludendo lucratus est, quamvis tantundem debeat restituere, quantum furto acceperat: quemadmodum, si opifici artis instrumenta quis auferat, & laborando mercedem acquirat, sit dominus mercedis, tamen si restituere debeat instrumenta furto sublata, & compensare, ac resarcire damnum illarum opifici.

Sexto quaeritur, An ex bonis vilita comparatis possit quis elemosynam dare? Potest, dummodo non sit res, quæ in specie restitui debeat, & dummodo, quamvis donet, tantundem habeat, quantum restituere debet.

Septimo quaeritur, An meretrix ex his, quæ meretricio quaestu recipit, possit elemosynam dare? Respondet S. Thomas *secunda secunda, quest. 32. art. 7.* posse, quamvis Ecclesiæ talem quaestum in oblationem non recipiat. Nam tamen meretrix turpiter, & contra legem faciat, non tamen turpiter, & contra legem accipit mercedem, ut ait Iurisconsultus.

CAP. XIII.

Quo ordine sit elemosyna largi-
gienda.

Primo quaeritur, An sit ordo tenendus in elemosyna egentibus eroganda? Tenendus, & seruandus est: sicut etiam ordo quidam est in diligendo, & benefaciendo ex charitate proximum. *Ex S. Thoma 2. 2. q. 26.*

Primum quidem, parente, & filio in extrema necessitate constitutis, potius est egestati parentis, quam filij subueniendum. *ita S. Thomas secunda secunda, q. 26. art. 9.*

Secundo, si pater, & mater in extrema sint necessitate, potius est patris quam matris necessitas subleuanda. *S. Thomas secunda secunda q. 26. art. 10.*

Tertio, Parente aut filio, simpliciter egenti, potius est succurrendum, quam vxori extreme quoque indigenti. *S. Thomas secunda secunda, q. 26. art. 11.*

Quarto, extrema necessitas vxoris potius est subleuanda, quam propinqui nos ex latere attingentis, *videtur colligi ex S. Thoma secunda secunda, q. 26. art. 11.*

Quinto, Amico egenti potius est subueniendum, quam inimico: sicut etiam est magis diligendus amicus, quam inimicus. *S. Thom. secunda secunda, q. 27. art. 7. & quest. 26. articulo sexto.*

Sexto, His qui meliores sunt, potius est elemosyna largianda, quam his, qui minus boni sunt, *ex S. Thoma, secunda secunda, q. 26. art. 7.*

Septimo, Si egeant naturales parentes, potius est illis succurrendum, quam spiritualibus, *ex S. Thoma 2. 2. quest. 26. art. 7. & 8.*

Octauo, Domestici, & qui nobis sunt aliqua ratione coniuncti, potius sunt elemosyna iuuandi, quàm externi, & qui sunt nobis minus coniuncti. *S. Thom. 2. 2. q. 26. art. 7.*

Nono, Debitor potius debet creditori subuenire, quam alteri, *ex S. Thom. 2. 2. quest. 26. art. 12.* nisi ipse debitor extrema pariter necessitate prematur, & nisi Rex, vel Princeps, vel alius maxime Reipublicæ valis in extremam quoque necessitatem inciderit.

Decimo, Prius est his, qui de nobis sunt benemeriti, quam cæteris, qui nihil boni in nos contulerunt, subueniendum, *ex S. Thoma 2. 2. q. 26. art. 12.*

Secundo quaeritur, An pauperes contra diuites actionem habent, qua possint ab illis elemosynam exigere? Respondeo, dici actionem iuris, vel Canonici, vel Ciuili, qua quis potest contra alium ius sibi debitum persequi: pauperes ex iure Ciuili, aut Canonico contra diuites actionem non habent: quamvis diuites iure naturali, & diuino cogantur elemosynam dare pauperibus.

Tertio quaeritur, An saltem officio Iudicis diuites compelli queant ad dandam pauperibus elemosynam? Respondeo, sæpe Iudices officium implorari posse, ubi deest actio iuris: possunt itaque aliquando diuites officio Iudicis cogi ad dandam elemosynam, cum populus magna penuria & fame laborat, & ita fieri videmus. Pari etiam ratione officio Iudicis compelluntur diuites in magna frumenti penuria ad dandum muruo frumentum agricolis non habentibus, ut seminant.

Quarto quaeritur, An elemosyna remittat peccata instar sacramenti? Ratio dubitandi est, quia sacræ litteræ speciatim elemosynæ tribuunt vim delendi peccata. *Tob. 4. Elemosyna ab omni peccato & morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras. & ca. 12. Ipsa purgat peccata. Dan. 4. Peccata sua elemosyna redime: & Eccles. 3. Ignem ardentem extinguit aqua, & elemosyna resistit peccato. Luc. 11. Date elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Matth. 5. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Luc. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula.* Vnde apud S. Patres multa de huiusmodi elemosynæ effectu leguntur: *Chrysost. homil. 5 in Genesim, & ad populum Antiochenum homil. 32. 33. 36. & 40. Cyrillum lib. 2. in Lemiticam, Nyl.*

scium

senum duabus orationibus de amore pauperum; Hieronymum in Psalmum 133. in illa verba; Benedicite Domino. Augustinum serm. 50. Et 209. Et 227. de tempore. Leonem serm. 2. de colloquio, Et ieiunio, Et sermo. 11. de Quadragesima, & Ambrosium sermo. 30. de elemosyna, ubi ait: Vide ergo qua sit elemosyna gratia, quod una, & sola virtus sanctorum est redemptio peccatorum. Et serm. 31. dicit: Elemosyna est potentior quam baptisimus: quia Baptisimus semel peccatum remittit, elemosyna sapius: & elemosynam appellat lacrum, unde peccatores emundentur. Error fuit quorundam Hereticorum, esse S. August. libro 1. de ciuitat. Dei, capitulo. 22. Et 26. Et in Enchiridio cap. 66. Et in libr. 50. Familiarum, hom. 19. dicentium eos tantum perpetuo igni damnandos, qui elemosynas peccata non redimunt: eos vero, qui dant elemosynas, quamuis magnis peccatis teneantur, in quibus usque ad exitum vitæ peccauerant, aut condemnandos non esse, aut non in æternum puniendos: quem errorem valde confutat ibi Augustinus: & cauendum esse, monet Gregorius li. 12. Moral. c. 14. Et li. 19. cap. 20. Et lib. 21. c. 12.

Præterea ex sacris litteris constat, sine charitate neminem fieri saluum. Paulus 1. ad Corinth. 13. ait: Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habuero, &c. Item, sine penitentia peccata non delentur, iuxta illud Christi Domini. Luc. 13. Nisi penitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.

Dicendum igitur est, elemosynam per se solam, & simpliciter acceptam satis non esse ad remissionem peccatorum: quoniam et si factæ litteræ testentur per elemosynam peccata deleri, id intelligendum est, si detur, sicut oportet, pro remissione peccatorum: & quia in alijs Scripturæ locis aperte legimus charitatem, & penitentiam omnino requiri ad peccata delenda, consequens est, vt cum Scriptura dicit, elemosynis peccata redimi, tolli, extingui, deleri, locum habeat in elemosynis ex fide, spe, penitentia, & charitate erogatur, mortuæ sunt, non viuæ. Eadem ratione, cum in scripturis promittitur elemosynis vita, & gloria sempiterna, promittitur ijs elemosynis, quæ Deo gratæ, & acceptæ sunt; at gratæ non sunt sine penitentia, & charitate.

Dices, cur igitur Scriptura misericordiae operibus tantum præmiūm promittit; siquidem aliarum etiam virtutum moralium opera ex vera cordis penitentia & charitate profecta eundem fructum habent? Respondeo, misericordiae salutem, & vitam æternam promitti: & contra his qui proximis misericordiam denegant, penam æternam constitui, quia voluit, & Scriptura, & Spiritus sanctus excitare, & promouere vniuersos homines ad elemosynam largiendam pauperibus, quia solet egeni tali misericordiae præsidio destitui, & consueuerunt diuites minus cogitare de misericordiae operibus. Porro misericordiae opera corporalia septem sunt illo versiculo contenta:

Visto, Poto, Cibo, Redimo, Tego, Colligo, Condo.

Vnde S. Thomas horum septem operum numerum recte colligit secunda secundæ, quæst. 32. art. 2. Defectus, inquit, corporalis, aut est in vita, aut est in vitæ: sicut idem est in vita, aut est communis defectus respectu eorum, quibus omnes indigent: aut est specialis propter aliquod accidens superueniens. Si primo modo, aut defectus est interior, aut exterior: interior quidem est duplex, vnus quidem, cui subuenitur per alimentum sicut fames: secundum hoc ponitur, pascere esurientem. Alius autem est, cui subuenitur per alimentum humidum, sicut sitis: Et secundum hoc dicitur potare sitientem. Defectus autem communis respectu exterioris auxilij est duplex, vnus respectu tegumenti, & quantum ad hoc ponitur, vestire nudum: alius autem respectu habitaculi, & quantum ad hoc ponitur, suscipere hospitem. Similiter autem si sit defectus aliquis specialis, aut est ex causa inuisa sicut infirmitas: & quantum ad hoc ponitur, visitare infirmum. Aut est ex causa extrinseca: & quantum ad hoc ponitur, redimere captiuos. Post vitam autem exhibetur mortuis sepultura.

Præterea opera misericordiae spiritualia sunt septem, quorum numerum S. Thom. loco supra citato, ita deducit: Quod ad indigentiam vero spirituales, secundum quam homo defectus in anima patitur, spiritualibus actibus dupliciter subuenitur, vno modo poscendo auxilium à Deo, & quantum ad hoc ponitur oratio, qua quis pro alijs orat. Alio modo impendendi humanum auxilium. Et hoc tripliciter, vno modo contra defectus intellectus: Et siquidem intellectus speculatiui sit defectus, adhibetur ei remedium per doctrinam: si autem practici, adhibetur ei remedium per consilium. Alio modo est defectus ex passione appetitiua virtutis, inter quos maximus est tristitia, cui subuenitur per consolationem. Tertio modo ex parte inordinati actus, qui quidem tripliciter considerari potest, vno modo ex parte ipsius peccatoris, in quantum procedit ab eiu ordinata voluntate: Et sic adhibetur remedium per correctionem. Alio modo ex parte eius, in quem peccatur. Et si quidem sit peccatum in nos, remedium adhibemus remittendo offensam: si autem sit in Deum, vel proximum, non est nisi arbitrij remittere, vt Hieronymus ait super Mattheum. Tertio modo ex parte sequela ipsius actus inordinati, ex qua grauentur ei conuenientes etiam præter peccantis intentionem: Et sic remedium adhibetur supportando, maxime in his, qui ex infirmitate peccant, secundum illud Rom. 15. Debemus nos firmiores infirmitates aliorum portare: Et non solum secundum, quod infirmi sunt, siue graues ex inordinatis actibus, sed etiam quacumque eorum onera sunt supportanda, secundum illud ad Gal. 6. Alter alterius onera portate. Hæc S. Thomas.

Quinto queritur, An sepultura mortuorum cadat aliquando in præceptum? In primis, sepelire mortuorum cadavera, in Sacris litteris commendatur tanquam religiosum, & pium opus. Tobias maxime laudatur, quod mortuos sepeliebat Abraham, Isaac, & Iacob, studiose propria & aliena sepulchra curatur: Ioseph & Nicodemus ab Euangelistis commendantur, eo quod Christi corpus honorifice, pro Iudeorum more, sepelierunt. Laudantur etiam maxime aliqui Christiani, qui suam operam sepeliendis Martyrum corporibus collocarunt: ob quam rem ipsi etiam sæpe martyrij palmam adepti sunt. Vnde Ambrosius in Tobiam capitulo. 1. dicit Prætermittere sepulturam, esse bestialitatem. Et in Psalmum 78. in illis verbis: Posuerunt mortalia Sanctorum suorum escas volatilibus cali: ait corpora fidelium in sepulchra manere, incongruum, indecent, & absurdum est.

Obijcies id, quod dicit Chrysostomus, homil. 84. super Ioannem, Et 66. super Genesim, vt reprehenderet & deestaretur Dominus superba, & ambitiosa sepulchra, nimiamque sollicitudinem in sepulchris condendis, non numerauit inter opera misericordiae Matth. 25. sepeliri mortuos. Respondeo, eo loco S. Chrysostomus non reprehendere sepulchra, sed excessum, qui solet esse in edificandis sepulchris, & in funeribus diuitum. Tu autem, inquit Chrysostomus, cum audieris nudum Dominum resurrexisse, cessa, quasi ab insana funeri impensa. Quid tibi hoc superfluum videtur, & inutile dispendium, quod ipse qui faciunt, plurimum afferunt detrimenti, mortuis nullam utilitatem, vel damnum potius? Sumptuosam namque sepulchra non nunquam causa est, vt fures cadauer effodiant, & nudum, & in sepulchrum projiciant. Sed in anem gloriam? quantum etiam in ludu vim, quantum auaritiam ostendit? & deinde dicit: Christo hæc funera nulli cura sunt. Inquit enim: esurientem me vidistis, & dedistis manducare: sitientem & dedistis mibi bibere: & nudum, & induistis me. Non autem mortuum, & sepelivistis.

Cæterum, itam ipse Chrysostomus hæc verba declarans subdit: Hoc ergo, non vt sepulchram collam, dico, absit sed luxuriam, & superfluum ambitionem. Hæc ille. Episcoporum, & Magistratum ciuiliū est curare, ne corpora eorum, qui peste pereunt, inhumata iaceant; hoc enim ad bonum Reipub. commune pertinet, ne putrefactio, & corruptio viuis inficiat. Item, si quis abique suo incommodo facile mortuum sepelire queat, & alius non sit, qui id faciat, iure, & præcepto naturali compellitur cum sepelire, quia tunc huiusmodi misericordiae opus in præce-

peum euadit. Narrat S. Antonius 3. par. Historia titul. 22. §. 3. peffe quosdam ſeuicente, quosdam contra Chriſt anam pietatem huiusmodi miſericordie opus prætermiſiſſe. *Eſi*, inquit, *humana prudentia eſt, & de ratione medicina, vitare peſto infectos, tamen contra dilectionem, & Chriſtianam pietatem ſubtrahere infectis neceſſaria, ſeu non min prære anime, & corpori neceſſaria, ut habeantur tanquam Ethnicis, & publicani.*

CAP. XIV.

De correptione fraterna: & primo quando in præceptum cadat.

INter opera miſericordie ſpiritualia, vnum eſt, corrigere peccantem: de quo Chriſtus Matth. 18. *ſi peccauerit in te frater, vade, & corripere eum inter te, & ipſum ſolum.*

Primo quaeritur, An in prædictis Chriſti Domini verbis diuinum præceptum continetur, cuius vicogamur corripere, & increpare peccantes? Quidam de recentioribus auctor, libellum conſcripſit, quo nititur oſtendere, nullum eſſe præceptum à Chriſto datum *Matth. 18. in illis verbis: ſi peccauerit in te frater tuus, corripere eum inter te, & ipſum ſolum, ſi te audierit, lucratus eſt fratrem tuum. ſi autem te non audierit, adhibe tecum vnum, aut duos, ut in ore duorum, vel trium ſit omne verbum: quod ſi non audierit eos, dic Eccleſia: ſi autem Eccleſiam non audierit ſit tibi ſicut Ethnicus, & publicanus:* vbi docet, iniis quidem naturalis eſſe præceptum de corripiendo fratre, qui peccauerit, non tamen vllum præceptum deſiſſe Chriſtum prædicto Matthæi loco de ordine ſeruando in corripiendo fratre, videlicet, vt primo ſecreto moneatur, & corripiatur: quod ſi non reſpuerit, vnus, aut duo teſtes adhibeantur, quod ſi nec tunc ſe emendauerit, deferatur ad Eccleſiam Prælatum.

Cæterum hæc ſententia pugnat cum communi omnium Theologorum doctrina, aſſerentium, in illis Matthæi verbis diuinum præceptum contineri, *vt oſtendit Gabriel ſuper Canonem Miſſæ, lect. 74. Innocent. 3. in capitul. Novis, de Indic. aperte dicit, eſſe regulam Euangelicam, & mandatum diuinum in illis verbis: ſi peccauit in te frater tuus, vade, & corripere eum inter te, & ipſum ſolum: ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum, ſi te non audierit, adhibe tecum vnum vel duos: ut in ore duorum, vel trium teſtum ſit omne verbum. Quod ſi non audierit, dic Eccleſia. ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & publicanus.*

Obijciſſe Auctor: In Euangelio Dominus dixit: *ſi peccauerit in te frater tuus: ergo ſolum locutus eſt de peccato in nos commiſſo: præſertim cum illa verba (ſi peccauerit in te) ſic exponant communiter Patres, Hieronymus, Chryſoſt. Theophyl. Euthymius: Reſpondeo, verborum ſenſum eſſe: ſi peccauerit in te, hoc eſt, coram te, vel te ſcienter, nam qui peccat in Deum, vel in alium coram nobis, etiam in nos peccat, nos enim offendit, ſicut qui offendit patrem coram filio, filium quoq; ipſum offendit aut qui peccat in Dominum coram ſeruo, iniuria quoq; ſeruum afficit: item qui amicum offendit coram amico, illum etiam offendit. Accedit, quod neceſſario, & euidenter ex prædictis verbis colligitur, fratrem, in Deum, vel in proximum peccantem, eſſe corripiendum. Nam, ſi quando proximus peccat in me, debeo eum ſecreto monere, vt à malo deſiſtat, ne pereat eadem quoq; ratione quando peccat in Deum, vel proximum, eum cogimur corripere, vt lucreretur illum: nam ideo corripimus peccantem, vt ſe emendetur.*

Præterea *Luc 17. absolute dicitur: ſi peccauerit, in te fratrem: ſi penitentiam egerit, dimitte illi.* Adde quod in vniuerſum, peccatum fratris eſt quædam miſeria, in qua ſi perſiſterit, peribit: ergo ſi fratris corporalem inopiam ſubleuare diuino præcepto compellimur, multo magis ſpiritualiam animæ miſeriam, Et *Eccleſ. 17. vnicuiq; man-*

At or. Inſtit. Moral. Pars 2.

dat: Deus de proximo ſuo. Et Chryſoſt. hom. 1. ad populum Antiochenum ſuper illud Exod. 23. *ſi videris aſinum proximi tui iacentem ſub onere, &c. peccator, inquit, eſt aſinus, autris pondus non ferens: accedo exciſis verbis, lenitateq; poſtremo vehementia. Vbi Chryſoſtom. magnopere reprehendit, quod ſimus tam ſolliciti de corporalibus proximi neceſſitatibus, poſthabitis ſpiritualibus.*

Quod ſi opponas, hæc omnia ſolum valere ad probandum, eſſe iuris naturalis præceptum, de corripiendo fratre: At in præſenti, quaſtio eſt, An ſit iuris diuini mandatum à Chriſto traditum illis verbis: *ſi peccauerit in te frater tuus, corripere eum inter te, & ipſum ſolum:* Reſpondeo, non ſolum eſſe naturalis, ſed etiam diuini iuris præceptum, quia quod lus naturale præſcripſit, Chriſtus prædicto loco confirmauit.

Dices, iure naturali ſolum cogimur monere, & increpare fratrem delinquentem, vt reſpiciat, non autem vnum, aut duos teſtes adhibere, nec deferre ad Prælatum. Reſpondeo iure naturali præſcribi generatim, vt omni quo poſſumus modo, fratrem à peccato auocemus, ne pereat, & Chriſtus Dominus explicuit deſinite modum, quem adhibere debeamus in fratre corripiendo.

Secundo obijciatur, non proſunt induci teſtes, aut peccatum fratris Prælato denuntiari, ſine detrimento famæ proximi, ac ſi man proximi iure naturali ſeruare compellimur. Reſpondeo, nullam vim argumentum habere: nam idem etiam valeret ad probandum, nullum etiam eſſe conſilium datum, de fratre corripiendo, ſecundum ordinem à Chriſto Domino præſcriptum.

Dicendum igitur eſt potius eſſe habendam rationem bonæ conſcientiæ fraternæ, quam famæ: nam pretioſior eſt ſalus animæ, quam fama. Vnde ſi commode vtrique bono fratris conſulere poſſumus, vt utrumque iure naturali, & diuino nobis ſeruandum eſt: at vero ſi ſalutem animæ fratris ſeruare poſſimus etiam cum incommodo, & detrimento famæ, illa ſeruanda eſt, quia animam illius pluſquam famam diligere debet, alioquin enim anima fratris periret, vt ſeruaretur fama, quod eſt abſurdum.

Tertio obijciatur, de elemoſyna corporali danda, ideo eſt præceptum iure naturali, & diuino, quia frater non ſponte ſua ſe corporali neceſſitate eſt conſtitutus: at is qui peccat, vltro peccat, ergo præcepto non cogimur eum corripere. Reſpondeo, peccantem à nobis corripere debere, quia eſt ſua ſponte peccat, nihilominus ex naturæ infirmitate delinquit.

Quarto quaeritur, An vi præcepti corripere debeamus fratrem venialiter tantum, non lethaliter peccantem? Reſpondeo, ex communi ſententia, *vt conſtat ex Angulo & Syneſtro, in verbo correptionis num. 1. & Gabriele loco cit. minime nos ad id obligati, quia quando ſolum eſt veniale delictum, frater Dei gratiam non amittit, ac proinde præceptum correptionis non obligat, quia eſt ad lucrandum fratrem; at frater eum per veniale peccatum perditus non ſit, non eſt, quod illum correptione lucrari velimus: hoc autem locum habet, quando fratris delictum ſolummodo eſt veniale.*

Nam ſi periculum ſit, ne frater lethaliter peccet, tunc vi præcepti corripere debeamus: *ſic Angelus, Sylveſter, Roſſella in verbo Correptionis, numero primo, & Gabriel loco citato.*

Quæres, An ſaltem venialiter peccemus, ſi veniale fratris delictum, cum poſſumus non corripiamus? Ratio dubitandi eſt, quia veniale peccatum admittitis, qui elemoſynam corporalem leuem non dat, cum dare debeat? Reſpondeo, nullum peccatum committi, quia nullum eſt præceptum de corripiendo aliquo ob veniale delictum, & non eſt eadem ratio de elemoſyna corporali, quia inopiam etiam leuem ſubleuare debemus, vbi commode poſſumus; ac proinde elemoſynam quamuis leuem denegando venialiter peccamus.

Quæres etiam, An religioſorum hominum Præſecti, vi præcepti



præcepti debeant venialia subditorum peccata corrigere? Sotus in libello de Portione tegendi, & detegendi secretum, memb. 2. quæst. 2. insinuare videtur eos vi præcepti teneri, quia alioqui regularis disciplina, & obseruantia enervaretur, & detrimentum pateretur. Dicendum est, eos absolute, & simpliciter non obligari: ex accidenti tamen aliquando teneri, quatenus periculum est, ne aliqui grauius offendantur; vel ne regularis disciplina plus quam par est, negligatur.

Nam quamuis venialis noxa, & culpa in hoc, vel illo sit leuis: si tamen passim negligitur in religiosorum hominum ordinibus, potest grauius ordini regulari nocere. Quomodo enim in Republica est leue sit, hunc vel illum pretiosis vestibus uti, potest tamen Republicæ esse damnosum, cum passim in omnibus ciuibus pretiosæ vestes permittantur. Et hinc est, ut Principum leges talium vestium vsuum grauibus edictis, ac pœnis aliquando prohibeant.

Sic etiam certum genus venialis peccati in hoc, vel illo homine non multum nocet Religiosorum ordini, ac si passim committatur ab omnibus, fieri potest, ut graui detrimento ordinem afficiat.

Quinto quaeritur, An vi præcepti corripitur debeat peccatum fratris, quod tantum præteritum est, nec villo modo in futurum pender, quia non est periculum, ut vel continuetur, vel iterum admittatur. Quod est quaerere, An si frater tantummodo reatu, non affectu peccati lethalis teneatur, debemus illum corrigere? Abulensis in *Matthæum* cap. 18. quæst. 83. aperte dicit, tunc nullam esse obligationem corripiendi proximum, quia ipse nullo præcepto cogitur statim à peccato resurgere per penitentiam, ergo nec præcepto compellimur illum manere, ut eum sui peccati peniteat.

Idem videtur sentire Maior in 4. distinct. 19. quæst. 2. Palatius in 4. dist. 25. quæst. 4. Glossa item in capitulo. Qui alios, de Heret. & alia Glossa in cap. si peccauerit 2. quæst. 1. & Syluester, *Correctio, quæst. 1.* & Angelus eodem verbo num. 1. ubi distinguunt in hunc modum: Aut loquimur, inquit, de Prælati, aut de priuatis hominibus, si primum, debent illi corrigere non solum futura peccata, sed etiam præterita: si secundum, tunc priuatus homo præcepto non cogitur alterius peccatum corrigere, nisi aliquo modo in futurum pendeat.

Et ratio est, quia peccatum si tantummodo præteritum est, nec vllum habet ad futurum ordinem, potius punitur, quam corripitur. Et ideo Prælatorum est tale peccatum corrigere, videlicet puniendo. At vero Adrianus in 4. quæst. de correctione fratrum, qua est vltima de penitentia, versiculo, secunda propositio, docet hanc opinionem esse omnino falsam, quia eadem charitatis lege debemus Titium liberare ex incendio, fluminem, ex lacu, vel puteo, in quem incidit, qua debemus eundem seruare, ne incidat: Deinde lege caritatis compellimur subleuare fratrem, etiam cum in malum aliquod corporale lapsus est: ergo pari ratione cogimur eum eripere ex malo spirituali, in quod incidit.

Accedit, quod frater eo ipso quod est reus peccati lethalis, in magna miseria est, & in periculo ne pœnas inferorum incurrat, nam mori potest: ergo lege caritatis debemus, eum corrigere, ne pereat: eo enim correptione tendit, ut fratrem lucrificamus, eiusque miseriam subleuamus. Hæc sententia est tenenda, nec Glossa, Angelus, & Syluester ab ea dissentiant, quoniam solum videtur loqui de correctione, quæ ad Prælatorum iudicium, & forum spectat, non vero de correctione priuata, qua quisque debet subuenire alteri in miseria animi, & spiritus consuetio.

His quæ sequuntur hoc Tomo, vltimam manum Auctoris, ob immaturam mortem apponere non potuit: Ne autem opus imperfectum maneret, adiuncta sunt ea, quæ superesse videbantur, & excerpta ex eiusdem Auctoris lectura, de præceptis, retento eodem ordine ac modo procedendi.

Sexto quaeritur, An si respicit frater à peccato, quod fecit, teneatur illum corrigere? sunt qui doceant nos teneri ad id faciendum, ne iterum incurrat, ita Richard. in 4. dist. 19. sed est dicendum, quod ex vi huius præcepti emendandum fratrem corrigere non tenemur, quia finis huius præcepti est, ut emendetur: at vero per accidens, quatenus est probabile periculum, vel coniectura probabilis futuræ ruina, vel relapsus, quia putamus fratrem iterum peccaturum, sicut antea peccauit, tenebimur, si commode possumus id præstare. S. Thom. *Quodli. 11. art. 8. ad cautelam in futurum, Gabriel littera V.*

Septimo quaeritur, An hoc præceptum etiam obliget de peccatis futuris cauendis à fratre? Respondeo ex vi præcepti non tenemur liberare fratrem à miseria spirituali, in qua est, quia peccata futura nondum sunt, & ita non reddunt fratrem miserum: quia tamen contingit aliquando, ut iam sit, scilicet, quoniam frater est iam constitutus in probabili periculo, vel spe, vel coniectura committendi illa futura peccata: ideo ut sic sumpta, materia possunt esse correctionis fraternæ.

Nam tenemur liberare fratrem, quem probabiliter credimus casurum in puteum, vel in flumen, vel incendium, vel in manus prædonum deuenturum, ergo etiam tenebimur corrigere, si commode possumus. Sed notandum, in his peccatis futuris aliquando posse haberi probabilitatem, vel spem, quod ipse frater, antequam ea committat, corrigat seipsum, vel respiciat, vel liberabit se à periculo, & tunc non tenebimur eum corrigere.

Octauo quaeritur, An is, qui nouit peccatum occultum proximi: lethalius peccet, si statim deferat: cum ad Prælatum ante vllam admonitionem secretam? S. Thomas *quod lib. 2. argum. 8. Gabriel Lit. V.* huic quaestioni respondent.

Nono quaeritur, In quot & quibus casibus potest licite denuntiari Prælato, aut secretam correptionem, Gabriel Lit. R.

Decimo quaeritur, An Prælato præcipienti sit parendum Gabriel ibid.

CAP. XV.

De aliis pertinentibus ad correctionem fraternam.

Primo quaeritur, An liceat nobis correctionem proximi delinquentis differre, ut sic peccator in plura, & maiora peccata lapsus, facilius respiciat, & commodius corrigatur? Respondeo, id licet aliquando. Ita Sotus quæst. 2. memb. 2. conclus. 4. ad finem, & Adrianus ubi supra *Nauar. cap. 24. num. 20. & cap. Inter verba. num. 629.* verbi gratia, in eo, qui permittit puerum furari, ut eum deprehendat in furto, & cum ea de causa acriter corripiat, & flagellet, ut ita castigatus, & pœnitens, melius in futurum sibi caueat à furando, sed prudentia est opus in hac re: non enim quomodocunque promiscue id ita faciendum, sed pro personæ, rei, loci, & temporis ratione.

Secundo quaeritur, an licitum sit correctionem differre in aliud tempus, omiſſa opportunitate corrigendi præſenti? Respondeo, regulariter & ordinarie non licet, quia hoc præceptum cum sit affirmatiuum, obligat, quando commode & opportune fieri potest correptione: nam temporis opportunitas non est sita in nostra potestate. Et hinc fit, ut dispar ratio sit de præcepto penitendi: nam quisque cum voluerit, sui peccati penitentiam agere potest.

Et ideo non obligatur statim ad penitentiam, vel ad sui emendationem, licet commode queat eam statim agere: at corrigere alium non possumus semper, cum pendeat ex multis circumstantiis, quæ facile elabuntur.

Tertio quaeritur, An hoc præceptum obliget aliquando, cum nostræ vitæ periculo? nam vita spiritualis pro-

ximi

ximi præferenda est vitæ corporali. In hac re sunt duæ opinioniones. Prima est eorum qui dicunt, quod nunquam potest obligare, quia vel proximo peccat sciens, ac volens, vel ignorans, si sciens, ac volens, sibi imputatur, nam ex malitia peccat; si ignorans, non peccat, ac proinde dicto corrigendi præcepto non tenemur. Ita Sorus *lib. de ratione teg. & deteg. seors. memb. 2. q. 2. conclus. 5. § 6. & Nauar. c. 24. num. 11. § 18.* videtur id sentire, licet non tam aperte. Melius tamen alij dicunt, quod aliquando obligamur, quia fieri potest, vt proximus peccet, & non ex malitia pura, sed ex infirmitate, & passione, vel ex ignorantia non quidem affectata vel inculpabili, sed culpabili, & tunc obligamur corrigere propter rationem aliam, quia nempe vita spiritualis proximi ordine charitatis præferri debet vitæ nostre temporali. *sc. sentent. Adrianus & alij quos citat. Et sequitur Cordubensis, in Annot. in Sorum ubi supra. Et Gabriel in Can. Lect. 74.*

Dices quando hoc potest contingere? Respondeo, sæpe potest: quia non raro potest accidere, vt vel aliqua femina cum adultero peccet, vel concubinario quocunque vel alio soluto, & probabilis admodum sit spes nobis secreto admonentibus feminam relicturam illum paruum statum in quo est, & ex alia parte probabiliter nos periculum incursum ob malitiam adulteri. Item fieri potest, vt aliquis populus in fide ab aliquo deprauetur, & probabilis spes, ac fiducia est nobis monentibus, populum illum redituum ad saniorum mentem, & passuros nos ex alia parte periculum ob malitiam illius, qui populum deprauat in his; & alij similibus potest contingere casus prædictus.

Quarto quaeritur, An Confessarius teneatur ex vi huius præcepti admonere poenitentem ignorantem inculpabiliter lege humana prohibitum? Respondeo, (quidquid dicat Adrianus) quod quando poenitens est in ignorantia culpabili, & admonitio nostra nihil est profutura, vel paritura est magnum scandalum, nos non teneri: & hac ratione responderi potest ad multos casus: sæpe enim accidit, vt coniuges sint in bona fide in matrimonio, alioqui in alido, & nullo. Item, vt laici sæpe bona fide incurrant censuras, & bona fide violent leges humanas: sæpe bona fide celebrent contractus humana lege prohibitos.

In his igitur, & similibus euentis si nostra correctio, & admonitio profutura est, tenebimur; si autem nihil, vel paritura est scandalum, non tenemur. Item si rogamur, tenemur dicere veritatem rogati, quoniam mendacium non est licitum.

Dubium tamen est, An similiter priuatus homo teneatur monere fratrem peccantem ex ignorantia contra leges humanas? Dico in primis. Si lex solum pertinet ad bonum eius, non tenetur: verbi gratia. Si videat fratrem comedentem carnes in die sabbati, vel Clericum non dicentem officium diuinum, vel laicum non ieiunantem in Quadragesima vel non audientem sacrum in die festo Secundo tenetur corrigere, si aliquid detrimentum sequatur in alijs.

Quinto quaeritur, An quando poenitentes per ignorantiam inculpabilem incidunt in aliquem casum lege diuina, non quidem naturali sed positua prohibitum, teneatur Confessarius, vel teneamur nos admonere? Respondeo (quidquid dicat Adrianus,) quando lex non est de his, quæ pertinent generaliter ad omnes, & non est spes profuturae correctionis, & potius oritur est scandalum, non obligamur corrigere: & ira non raro accidit, vt aliqui sint in bona fide, putantes præteritas confessiones esse validas, & dispensationes itidem sibi concessas auctoritate Prælatorum fuisse validas, & tamen non fuerunt, vel ob omisum peccatorum numerum bona fide, vel ob tacitam aliquam circumstantiam peccati bona fide, vel ob defectum examinis conscientie, vel contritionis debite.

Sexto quaeritur, An Confessarius ex his, quæ audiuit in

confessione, siue relatione poenitentis, aliquem, qui possit peccata impedire, verbi gratia, monere Episcopum, vel magistrum, vel Prælatum Religionis, vt inuigilent, quia sciuit in Confessione aliqua fieri peccata in Monasterio contra bonum Religionis? Respondeo, in primis, si solum in confessione audiuit, ad id confessarium non teneri. Secundo, potest Confessarius monere, si aliunde etiam, quam ex confessione sciuit ea peccata. Tertio, mihi videtur huiusmodi admonitiones non esse faciendas, quando ex sola confessione nouimus peccata; quia, vt plurimum sacramentum confessionis probabile periculum incurrit detrimentum: nam hac occasione aucti solent homines à confessione, vel dimidiatam faciunt peccatorum confessionem.

Septimo quaeritur, An præceptum correctionis fraternæ ad omnes siue Prælatos, siue fideles, siue infideles spectet; & an fidelis teneatur corrigere infidelem, & subditus superiorem? Respondeo, ad omnes pertinere: strictius tamen ad Prælatos, & quoscunque Superiores erga subditos, nam præceptum hoc iuris naturalis est. Notandum correctionem fraternam, vt relationem habet ad Prælatum quemcumque Ecclesie siue quatenus patrem, siue quatenus Iudicem, Item correctionem, qua alicuius peccatum deferatur ad patrem eius, vel dominium, vel pedagogum, vel præceptorem, vt ab eis corrigatur commodius, vel etiam qua delicta peccantium per denunciationem deferuntur ad Iudicem, iuxta ordinem à Christo institutum, pertinere ad materiam de officio Iudicis in procedendo contra peccata, vel per accusationem, vel denunciationem, vel inquisitionem, de quibus nihil modo in præsentia, dicimus, quia tractabitur hæc materia partim in octauo præcepto, partim cum agetur de statib. personarum, vbi ferretur de iudiciali denunciatione, & de ordine procedendi in omni denunciatione, quam Christus instituit *Matth. 18.*

CAP. XVI.

De scandalo vitando.

Primo notandum, scandalum esse peccatum contra correctionem fraternam, & ita esse contra misericordiam, & charitatem proximi, quoniam est contra bonam ædificationem proximi. Nam charitas sicut imperat opera misericordie corporalia & spiritualia, sic imperat bonam proximi ædificationem? unde scandalum non est odium proximi, sed est actus malus elicitus ab speciali vitio contra correctionem fraternam: quod vitium proprie dicitur scandalum, & est, vel contra misericordiam debitam proximo, vel contra charitatem erga eum.

Secundo notandum, scandalum esse peccatum, quo ruina spiritualis, hoc est, peccatum proximi directo, formaliter intenditur: quæ quoniam est magna miseria fratris, ideo scandalum est contra misericordiam, vel charitatem.

Tertio notandum, scandalum esse duplex, actiuum, & passiuum: actiuum pertinet ad hunc locum.

Quarto notandum, scandalum actiuum dici alio nomine scandalum datum, scandalum passiuum alio nomine acceptum. Item illud dicitur pusillorum, siue infirmorum scandalum, hoc vero dicitur scandalum Pharisæorum. Scandalum actiuum, siue datum, est aliquod opus nostrum, quod ob sui conditionem causa est vt alius peccet, & ideo etiam dicitur scandalum pusillorum, vel infirmorum quod facit alios rudes, & ignatos peccare. Scandalum passiuum, siue acceptum dicitur opus nostrum, quod non ob sui conditionem, sed ob putam malitiam alterius est causa, vt ille alius peccet, & ideo dicitur scandalum Pharisæorum, quia ex malitia alterius oritur, non ex conditione nostri operis. Dubitatur quomodo scandalum definiatur? Respondeo: esse dictum, vel factum minus rectum alteri præbens occasionem ruinæ. Per dictum,

vel factum intelligitur etiam omisso exteriori, unde aliquis scandalizatur. Dicitur minus rectum, quoniam est dictum, vel factum in se quidem bonum; sed apparet malum.

Secundo queritur, Quando, & quibus casibus scandalum actum sit speciale peccatum? In hoc dubio sunt duae opinioniones inter Auctores. Prima opinio ait, in duobus casibus esse speciale peccatum à ceteris distinctum, ita ut non sit circumstantia mutans speciem peccati, sed solum aggravans peccatum. Primum quando directò, & formaliter intenditur peccatum proximi. Secundo, quando aliquis facit opus in se quidem bonum, mali tamen speciem habens coram alijs. Sic Caiet. in summa verb. scandalum, Armil. eod. verbo, Couarru. Reg. peccatum in sexto, in initio num. 4. Pisan. in verbo. scandalum. Tabien. eod. verb. quaest. 3. 4. 5. Palud. in 4. dist. 38. qu. 6. art. 2. Conclus. 2. Duran. ibi. qu. 3. Avulen. in Matt. hanc. cap. 18. qu. 45. Secunda opinio asserit esse speciale peccatum in tribus casibus, nimirum in duobus praedictis, & tertio, quando vel verbo, vel opere, vel exemplo malo nostro praeviditur alius peccaturus, & tamen facimus negligentem peccatum eius, vel non vitantes illud proximi, quod praevidemus futurum, Sotus in epistol. ad Roman. ca. 14. Adrian. Quolib. 1. Maior in Matt. c. 18. §. 4. dist. 37. Antonin. Par. 2. t. 7. c. 4. Vigueria in sum. c. 12. §. 9. ver. 18. Navar. in sum. c. 6. num. 19. & de Poenit. dist. 5. c. 1. §. Animaduertit. num. 5. Syluest. verb. scandalum q. 2.

Vtraque opinio est probabilis, & facile ambae conciliantur inter se: nam de scandalo possumus loqui dupliciter. Primo, ut est speciale peccatum distinctum à ceteris. Secundo, ut est circumstantia aggravans notabiliter peccatum. ita videtur dicendum, si loquamur de scandalo, ut in confessione est detegendum, tanquam circumstantia necessario exprimens in confessione, tunc probabilior est haec secunda opinio: quia quando directe, vel indirecte, formaliter, vel virtualiter volumus & intendimus peccatum proximi, peccamus, & necesse est in confessione dicere nos sic peccasse, quia reuera sumus causa peccati in proximo. Si vero loquamur de scandalo, quatenus est circumstantia mutans, vel addens novam speciem peccati, tunc prima opinio est probabilior.

Tertio queritur, An sit speciale peccatum peccare publice coram alijs, quae praevidentur peccaturi, ita ut sit in confessione detegendum? Respondeo, primo si coram alijs peccamus, quos praevidemus non peccaturos propter nostrum peccatum, vel diligenter curamus, non ut peccent, tunc non est speciale peccatum, nec circumstantia eius in confessione exprimens. Secundo, si praevidemus alios peccaturos, & nullam diligentiam adhibemus ne peccent, tunc circumstantia est in confessione exprimens, siue sit speciale peccatum, siue non, quia sumus causa peccati in proximo, satis enim est, quod sit circumstantia aggravans notabiliter peccatum.

Quarto queritur, An quando vel opere, vel exemplo inducimus alium ad peccandum, sit speciale peccatum scandali in confessione necessario exprimens? Respondeo, in primis, si speciale peccatum intelligimus aliud, quod in nulla alia specie peccati sit, quam in specie scandali, tunc non est speciale peccatum, quia si reuera ad furtum inducimus, vel homicidium vel adulterium, peccatum est in specie homicidij, furti, vel adulterij, & hoc est quod intendit Caiet. & prima opinio supra citata.

Secundo, si speciale peccatum intelligimus illud, quod in confessione debet exprimi, tunc speciale peccatum dici potest, si quidem est circumstantia specialiter in confessione detegenda: necesse est enim dicere nos induxisse alium ad furtum, vel homicidium, vel adulterium.

Tertio si expresse hoc in confessione, quod alium induxerim ad furtum, vel homicidium, vel adulterium, satis abunde exprimitur ipsum scandalum illi datum, quia eo ipso quod induximus illum ad furtum voluimus pec-

catum illius, & ruinam, ac miseriam spiritualem ipsius, & sic non est opus exprimere.

Quinto queritur, An qui fornicatur, quatenus est causa fornicationis in consorte, committat scandalum? Caiet. & Couar. ubi supra, dicunt non esse speciale peccatum scandali. Alij vero secundae opinionis supra citati Auctores, dicunt oppositum iuxta praefata. Respondeo in primis Si is qui fornicatur, habuit consortem aliqui paratam ad fornicationem, tunc non commisit speciale scandalum, nec reus est fornicationis alterius, & proinde in confessione satis est si exprimat suam fornicationem. Secundo si consortem habuit aliqui non paratam ad fornicationem, tunc reus est duarum fornicationum, & suae, & fornicationis in consorte, quia fuit causa utriusque, & proinde in confessione necesse est confitatur se utriusque reum extitisse, quando reuera utriusque fornicationis fuit causa. Et hoc est, quod volunt Auctores secundae opinionis supra citati.

Sexto queritur, Quae regula sit adhibenda ad discernendum scandala, quando sunt specialia peccata, aut saltem quando sunt in confessione exprimens sub nomine aliorum peccatorum: quod est querere: In quibus casibus dimittenda teneamus bona, siue temporalia, siue spiritualia, ob vitandum proximi scandalum? quam rem tractat S. Thomas secunda secunda, q. 43. ar. 7. & 8. Adrian. Quolib. 1. citato. Respondeo, hanc ad rem vtilis esse Regulas, quae sequuntur: quarum Prima sit haec: In hac non licet inuitare, vel inducere alium non paratum ad peccandum, aliqui si inuitamus, vel inducimus, sumus causa illius peccati, quod alius committit; quia sumus cooperatores peccati illius.

Regula secunda: si est paratus aliquis peccare, & nulla nobis est causa, vel ius faciendi aliquid, ex quo ille peccet, tunc sunt opinioniones inter Doctores supra citatos; quorum alij dicunt, quod si facimus, erimus rei, licet peccemus nos mortaliter, vel venialiter faciendo, v. g. quando puella vane, vel otiose sese foris videndam exhibet, sciens iuuenem esse paratum ad concupiscendum eam: Alij dicunt eam eo ipso mortaliter peccare, & eam esse peccati in iuvene: Alij vero dicunt, non esse eam peccati in iuvene, sed solum eam peccare venialiter, scilicet otiose, vel vane sese exhibendo videndam. De hoc dicam inferius.

Omnes tamen citati Auctores conveniunt in tertia Regula sequenti, quando est alius paratus, nobis tamen est ius aliquod faciendi id, quod facimus, tunc licet nobis facere illud, nec propterea sequitur, ut sumus causa peccati alterius. verbi gratia, quia pecuniis indigemus, licite possumus petere eas mutatas ab eo, quem scimus paratum ad dandum sub usura, & non aliter daturum: sic iuramentum licite exigitur ab infideli ratione contractus cum eo celebrati, licet paratus sit iurare per falsos Deos: sic puella die festo licite domo sua egreditur ad sacrum audiendum, licet sit iuvenis paratus ad concupiscendum eam, Sic Parochianus licite exigit sacramentum à suo Parocho, parato ad conferendum illud sibi sine contritione peccati mortalis, in quo est, ut inferius dicemus.

Quarta Regula: A parato ad peccandum, nunquam licet exigere, illud quod fieri non potest sine peccato; sed solum licet exigere id, quod indifferens est, ut bene, vel male fieri possit, licet sciamus ipsum à quo petimus, non facturum, nisi male, verbi gratia, quando indigemus pecunijs, ut dixi, non licet petere, ut usufructus det nobis sub usuris, vel ut infidelis iuret per falsos Deos, quia ista non possunt bene fieri, sed solum licet petere, ut iuret, ut mutet, quia haec bene, & male geri possunt, & culpa alterius est, quod male faciat. Si enim vult, potest id bene facere. Haec est sententia communis. Sot. in quarto dist. 30. qu. 1. art. 3. Couarr. Releff. de peccatis par. 1. nu. 10. ex Caietano, & alijs. quos ibi cit. & sequitur. De his Regulis lege inferius in hac eadem materia, ubi vltimo proponuntur multi casus in his Regulis fundati.

Septimo queritur, An scandalum directo, & formaliter intentum, possit esse peccatum aliquando veniale? Aliqui putant semper esse mortale, quia est summa malitia velle alteri malum veniale, ut est malum animae; & Caietanus, Armilla, Angelus, Conar. loc. citatis aiunt posse scandalum, etiam directo intentum, esse veniale, nimirum cum quis vult, vel inducit, vel suadet, ut alius venialiter peccet; quia velle in aliquo malum, quod est peccatum veniale, est velle illi malum leve.

Octavo queritur, An sit licitum consulere alteri minus malum, ut maius malum euitet? Duæ sunt opiniones? Prima asserentium esse licitum. Sic Adria. *Quodlib. 1. quest. 2. & Quodlib. 9. quest. 3.* Immo aut fatuum esse de hoc dubitare; hanc etiam opinionem sequitur Sotus lib. 6. de Iustitia quest. 1. artic. 5. Angelus verb. *Matrimonium 3. & verb. Impedimentum. 5. numero 7. & verb. usura 2. numero 2. Navar. in sum. capit. 14. numero 40. & capit. 17. numero. 163. Medina 12. questio. 14. artic. 6. Caiet. in summa verb. Tyrannus. Armilla eodem verbo, Tyrannus Syluest. usura 7. questio. 1. ad finem. Innocentius Abbas in capitul. super eod. de usura Secunda est opinio asserentium id non esse licitum. Sic Caiet. *secunda secunda. questio. 78. artic. 7. & questio. 95. artic. 8. in causa 5. dist. 1. & Tomo. 1. opus. Tract. 13. Respons. in respons. 13. qui sibi est contrarius, in summa in verbo Tyrannus Syluest. verb. Matrimonium. 7. questio. 5. numero. 9. sibi ipsi contrarius in verb. usura 7. questio. 1. in fine. Tabien. in eodem verb. usura 8. questio. Angelus in suis Assertioni. Theolog. part. 2. quest. Quis restituere teneatur, quest. 1. difficul. 8. Gabriel. in 4. dist. 15. questio. 11. artic. 3. dub. 14. recitat Alexandrum, & Andream. Opinio secunda, fundatur in Scriptura sacra. nam Genes. 19. Loth consuluit minus malum, ut maius malum vitaretur, cum dixit viris Sodomitibus: *Ecce habeo duas filias, abutimini eis, & Iud. 19. Ienex, qui hospitio exceperat Levitam, cum sua uxore, dixit: Habeo filiam, abutimini ea.* Item Ierem. 41. cum Ismael vellet occidere decem viros, illi dixerunt: *Ne occidas nos, Ecce habemus Thesaurus olei, mellis.* Item probatur ex Augustino libr. 2. de adulter. coniug. cap. 15. *Referitur de consecr. dist. 33. q. 2. cap. Si quod verius ubi ait: Si facturus est, quod non licet, iam faciat adulterium, ne homicidium committat: & ex Gregorio, ut referitur 12. distinct. ca. Nervi, & ex Concilio Toletano 8. ut referitur cap. Duo sunt, ead. dist. in quibus Capitulis dicitur, ex duob. malis minus esse eligendum & ex Hieronymo, ut referitur c. Considera. 22. q. 1. ubi dicitur, prohibuisse iurare per creaturas, & permisisse iurare per Deum, ut minus malum, quia maius malum est, diuinum honorem impendendo Dæmoni temere iurare, quam temere iurare per Deum: & ex Chrysostomo hom. 26. ad Populum Antiochen. ubi ait, consuetudo iurare per Deum, esse consulendum, ut iuret per caput suum, quia minus malum est iurare per caput, quam per Deum. Secunda opinio probatur, quia non sunt facienda mala, ut bona eueniant. Rom. 3. ergo non est consulendum minus malum, ut euitetur maius. Item, non est licitum, aliquem inducere ad peccandum, sed consulere minus malum, est consulere malum.***

In hac re dico, in primis: omnes Auctores in eo conuenire, quod non est licitum consulere minus malum alteri, qui non est paratus ad faciendum maius malum, ut abstinere a maiori malo. Et ratio est manifesta, quia cum ille non sit paratus ad faciendum maius malum, sine iusta causa induceretur ad faciendum minus malum. Totā igitur difficultas in eo stat, quando alter est paratus ad faciendum maius malum, an sit nobis licitum consulere illi minus malum, ut abstinere a maiori malo.

Secundo, omnes Auctores conueniunt, esse licitum sic paratum ad faciendum maius malum, auertere ab eo faciendo absq; hoc, quod consulamus nos ei, ut faciat minus malum, sed consulendo illi ne tam grauius peccet, licet sciamus illum ex malitia facturum alterum minus malum.

Exempli causa: Paratum ad adulterandum licet nobis consulere dicendo, ne tam grauius se luxurie peccato contamineat, licet sciamus hinc inducendum ad fornicationem: Pater, quia in hoc non consulimus illi, ut peccet, sed ut a tam graui peccato abstinere, & hoc bonum est; quod si ipse postea fornicatur, sibi imputet, nos enim non consulimus illi fornicationem. Item quia in hoc, ut ait Caiet. fungimur officio bonorum Angelorum, qui nos a maioribus malis sæpe abstrahunt, & auerunt.

Tertio, Quando consulimus minus malum, parato ad faciendum maius, ut abstinere a maiori, siue peccemus sic consulendo, de quo statim dicam, quantum ad restitutionem saltem, nos non tenemur restituere, si ex nostro tali consilio alter inductus est ad faciendum minus malum, verbi gratia: erat paratus fur ad capiendum pecunie summam Petro, ego dixi illi, ne furaretur tantam summam, sed contentus esset illius medietate, & eam ille furatus est, teneor restituere Petro, medietatem, quia siue peccem, siue non peccem in sic consulendo, saltem vtiliter gessi negotium, & rem Petri. Item si quis paratus est ad comburendam domum, vel segetem Petri, ego consului, ut tantum exureret rem aliam minorem Petri, non teneor restituere. Item si quis velit alium occidere, & ego consulam ne occidat, sed tantum percussit fuste, aut alapa, vel pugnis cædat.

Quarto, Quando alius est paratus ad maius malum faciendum, licitum est nobis consulere aliquid, quod est minus, quando illud minus non est intrinsece malum, sed est res sua natura indifferens, quam ipse potest bene facere si vult, licet sciamus eum non nisi male facturum, verbi gratia si velit occidere me aliquis, licet mihi illi dicere, Accipe pecunias, ne me occidas: nam cum dicit, Accipe pecunias, rem dico, quæ non est intrinsece mala. Et ita Hierem. 41. dixerunt decem illi viri Ismaeli: *ecce habemus Thesaurus olei & mellis.*

Item si quis velit alium occidere, qui in latrones incidit, licitum est mihi dicere: ecce pecunias habet, cape eas; nam in hoc solum rem consulere, quam ipse potest bene facere, si velit, nimirum capere pecunias animo restituendi eas, & ut suæ necessitati subueniat.

Item subripuit mihi aliquis medicinam, qua simpliciter indigeo ad meæ vitæ conseruationem, & ille non vult mihi eam restituere, licitum est mihi dicere illi: Accipe pecunias, & da mihi medicinam, ac ne finas me mori.

Quinto, Quando consulere minus malum, solum est redimere nostram vexationem, tunc licitum est nobis sic consulere, ut patet in exemplis modo adhibitis. Item, quando redemptio vexationis est licita iure naturali.

Sexto, Quando minus malum est sua natura malum, tunc parato ad faciendum maius malum, non est nobis licitum illud consulere, ut abstinere a maiori malo. Hæc conclusio nobis probabilior apparet contra primam opinionem, patet, quia nunquam licet alium inducere, ut aliquid faciat, quod ipse non potest bene facere: sed quando aliquid, quod est minus malum, est sua natura malum, non potest bene fieri, ergo, & cæc. Item nunquam est licitum alicui dicere alteri, ut mentiat ad saluandam vitam alterius, vel ut furetur ad dandam eleemosynam pauperibus; unde sequitur non esse licitum dicere parato ad occidendum, ne occidat, sed furetur. Item, non est licitum parato ad adulterium, dicere, ne adulteretur, sed fornicetur. Item, non est licitum parato ad occidendum alium, consulere ne occidat, sed percussit, vel verberet, vel pugnis, vel fuste, vel alapa cædat, vel spoliat, quia nihil horum potest bene facere.

CAP. XVII.

Quadam alia quaestiones de scandalo diluuntur.

Primo queritur, An volenti me, vel alium occidere, licitum sit mihi dicere, Ne me, vel alium occidas; sed ecce manus, abscondemihimanum, vel digitum, vel me pugnis cæde, aut fuste? Auctores primæ opinionis dicant esse licitum. Videtur etiam quod sit licitum secundum opinionem secundam, quia est redimere propriam, vel proximi vexationem. Item quia licet brachium, vel manum periculo exponere pro tuenda vita totius corporis. Item si brachium, vel manus mea adstricta vinculis teneretur, & essem ab hostibus occidendus, licite possem effugere, vt vitam seruarem, etiam cum amputatione manus, vt ex vinculis liberarer.

Alij asserunt, id non esse licitum dicere, volenti me occidere, quia consulo illi malum, quod ipse non potest bene facere. Item, quia dispar est ratio de exponente manum periculo, vt totum seruet, quia pro bono totius ius est exponendi periculo partem, & pro bono Reipublice ciuem: sed non est ius consulendi alteri vt peccet, vel vt faciat aliquid, quod ab eo fieri bene non potest. Certè res dubia: sed cum sint opiniones probabiles, in praxi licite sequi possumus sententiam dicentem, licere nobis in eo casu ita consulere.

Secundo queritur, An si quis sit constitutus in extrema necessitate, & sit aliquis paratus ad mutandum illi, sed non nisi sub vsura, licitum sit dicere, vel consulere, Ne sinas me mori, sed da mihi mutuo sub vsura? Innocentius, Syluester, Abbas, & cæteri, qui sunt primæ opinionis assertores, aiunt id esse licitum. Sed mihi probabilius videtur, quod ait opinio secunda, quia, hoc esset alteri consulere peccatum, nimirum, vt mutuet ad vsuram: quare licet sciam eum non daturum mutuo nisi ad vsuram: quare licitum erit mihi dicere, vt mutuet simpliciter, & absolute non tamen vt mutuet sub vsura, quia dicendo vt mutuet, suadeo rem, quam bene facere potest ipse, si velit, dicendo, vt mutuet sub vsura, consulo rem, quæ secundum se est peccatum, & non potest ab eo bene fieri. lege in fra paulo latius.

Tertio queritur, An *Genesis dicitur nono*, Loth peccauerit, consulens minus malum, vt maius vitaret in alijs: similiter & fenex ille *Iudic. 19*. Dux sunt opiniones. Prima est Lyrani, Abulenfis, Caietani; qui secuti Augustinum, aiunt ipsos peccasse. Altera est Caietani, qui Loth excusat a culpa, quia illa verba: *Abutimini eis*, non sunt verba consulentis, sed permittentis, quasi dicat: Non prohibeo si abuti velitis.

Certe potest Loth excusari a culpa, quia cum in hoc sint opiniones inter viros graues, an liceat consulere minus malum parato ad faciendum maius. Loth bona fide potuit sequi opinionem, asserentem id esse licitum.

Dices, *ex duobus malis minus est eligendum*, vt locis citatis ait Gregorius, & Concilium Toletanum? Respondeo, ibi se explicat Gregorius, quando duo præcepta sibi iniuicem occurrunt, & alterum omitendum, tunc eligendum est mihi, quod minus est malum. Hinc tamen non sequitur, licitum esse mihi alteri consulere minus malum, quando paratus est ad maius malum, quia alius ab vtroque malo debet abstinere, & quicquid faciat, peccat. In istis; saltem Augustinus loco citato ait, licitum esse consulere alteri minus malum. Respondeo variam esse lectionem codicum apud Augustinum. Nam quidam codices legunt: *(si facturus est quod non licet, iam faciat adulterium, ne committat homicidium.)* Alij vero legunt: *Si facturus quod non licet, iam facit adulterium, & non facit homicidium*, & ita cum sit varia Lectio, nihil certi colligitur ex Augustino.

Quarto queritur, An volenti magnam pecuniæ sum-

mam furto auferre à Petro, qui apud me habet eam depositam, liceat mihi consulere, vt tollat aliam minorem summam Pauli, quam habet etiam apud me Paulus depositam, si probabiliter scio, furem illa minore summa fore contentum? Respondeo, non esse licitum, cum quia consulo rem sua natura malam, quam fur bene facere nequit; tum quia infero damnum Paulo, nec est succurrendum Petro, cum damno Pauli.

Quinto queritur, An si fur velit furto auferre gemmam Petri, quam habeo apud me depositam, & consulam illi, vt tollat quandam pecuniæ summam multo minoris pretij, quam etiam depositam apud me habet Paulus, vt seruem gemmam Petri, teneat restituere Paulo pecuniam? Respondeo? teneri me ad seruandum indemnem Paulum, ac ita ad restituendam illi pecuniam.

Sed quæres, An ex bonis meis, an ex bonis Petri teneat restituere pecuniam Pauli? Respondeo, si possum restituere ex bonis Petri, licitum est mihi id facere etiam clandestino accipiendo ex bonis, eius quoniam aliter non possum: patet, quia vtiliter gessi negocium eius, & meliori modo quo potui: ergo irrationabilis est voluntas Petri, si velit vt ego restituam Paulo ex bonis meis. Deinde respondeo: si ex bonis Petri non possum restituere Paulo, tunc teneor restituere ex bonis meis: patet, quia teneor Paulum seruare indemnem.

Sexto queritur, An cum aliquis est Tyrannus, & dominium, & iurisdictionem alicuius terræ, vel ciuitatis sibi usurpauit, licitum sit subditis eum adire, & ab eo repetere, vel iustitiæ administrationem, aut beneficium, vel gratiam honestam? Caietanus, Armilla, Nauarrus, vbi supra, aiunt esse licitum, quod probant, quoniam est licitum minus malum consulere illi, vt à maiori malo abstinat, nimirum ne iniustitiam committant. Sed mihi videtur esse licitum non ob eam causam, sed quia petitur ab eo res se bene, vel indifferens, quam ipse Tyrannus potest, si velit, bene facere, licet probabiliter credatur, quod non sit bene facturus eam. Sunt multi casus speciales in multis materijs specialibus, qui ad materiam scandali reducuntur.

Septimo queritur, An liceat petere à Parocho Sacramenta, quem probabiliter scio in peccato mortali administratum ea mihi? *De hac quaestione Sotus in quarto, distinct. 1. quaest. 5. artic. 6. S. Thomas tertia parte, quaestione 64. artic. sexto. Caietanus ibidem, Nauar. capitul. 14. nu. 41. S. de Poenit. dist. sexta, ca. 1. S. Sacerdos n. 3. Sylu. in verbo Baptismus, tertio q. 5.* Communis sententia: Primo non esse licitum petere extra casum necessitatis id à Sacerdote, qui non est obligatus ad dandum sacramenta, & non est paratus ad dandum, quia esset inducere eum in peccatum. Secundo, est licitum petere à Sacerdote ad dandum sacramenta obligato, aut à Sacerdote parato, ad dandum, quia tunc non est inducere eum ad peccatum, & potest ipse si velit, atque etiam debet contritionem habere. Tertio, in casu necessitatis licitum est petere à quocumq; Sacerdote, quia tunc habemus ius petendi sacramenta.

Octauo queritur, An licitum sit nobis petere sacramenta à nostro Parocho, quem scimus esse excommunicatum, suspensum, vel interdictum: *de hac quaestione Nauarrus, vbi supra, Sotus, Sanctus Thomas, Caietanus vbi supra, & alij.* Respondeo, in primis, extra casum necessitatis, & quando Parochus est nominatim excommunicatus, vel notorius Clericorum percussor, non est licitum petere, quia ex præcepto Ecclesiæ eum vitare debemus.

In hoc omnes Auctores conueniunt. Deinde à Parocho excommunicato, sed non nominatim denunciato, nec notorio Clerici percussore licite Parochianus petit sacramenta siue in casu necessitatis, siue extra casum necessitatis. Ita Sotus, qui habet ius petendi, nec ex præcepto Ecclesiæ eum vitare obligatur, vt dicemus in materia de excommunicatione.

Vtrum vero Parochus peccet sacramentum tunc

confe-

conferendo, quia est excommunicatus, alterius est loci, & ad materiam de Sacramētis spectat. Tertio, in casu necessitatis verum liceat petere Sacramenta à Parocho nominatim excommunicato, aut notorio Clerici percussore, duæ sunt opinionēs. Prima asserentium non esse licitum; de quibus dicemus in materia de sacramētis: In præsentia satis est dicere, probabilem maxime esse opinionem, quam sequitur Sorus, Adrianus, & Paludanus.

Nono quæritur, An à malefico ad maleficium parato licitum sit petere, vt per maleficium soluat aliud maleficium? De hoc Scholastici in quarto, distinctione 3. 4. Sorus quæstione prima, articulo 3. Maior quæstione secunda Angelus verb. Superstitio, numero decimo tertio. Sylu. verbo, Maleficium qu. 8. Tabiena verbo Impedimentum, duodecimo. quæstione nona. Nauarrus capite undecimo, numero vigesimo nono. Communis est sententia omnium, non esse id licitum, licet Angelus securus Aureolum, senserit esse aliquando licitum: quia in re vna cum Aureolo reprehenditur à Syluestro, & ab alijs.

Decimo quæritur, An licitum sit iuramentum exigere ab infideli, quem scimus per falsos Deos iuraturum? De hoc Nauarrus cap. 14. numer. 39. Sorus in quarto, distinctione 3. 4. q. 1. art. 3. S. Thomas quæstione secunda, q. 78. art. 4. Communis est sententia id esse licitum, quando cum infideli licitum contractum celebramus.

CAP. XVIII.

Quæstiones alia quedam de re eadem diluuntur.

AN liceat petere mutuum ab eo usurario, quem scimus non daturum nisi ad usuram? De hoc S. Thomas quæstione secunda, quæstione septuagesima octaua, num. 4. Caietan. ibidem. Innocent. Abbas cap. super eo de usur. Sorus lib. 6. de Iustitia q. 1. ar. 5. Angelus verb. Usura 2. nu. 2. Syluest. eod. verb. 7. quæst. 5. Maior. 4. dist. 15. quæst. 35. Respondeo, in primis, Quando nobis adest aliqua iusta necessitas exigendi; nimirum ad vsum vitæ, vel familiæ nostræ necessarium, ad tuendum honorem, statum nostrum, ad soluendum æs alienum, quod soluere cogimur, ad vitandum damnum in bonis nostris, vel ad alia similia, nimirum ad subsidium vicini, propinqui, vel amici indigentis: tunc licitum est, iuxta communem sententiam.

Illud tamen difficultatem habet, An licitum sit petere, quando nobis nulla est iusta necessitas. Item, An si pecuniam mutuo petamus ad vana, & inutilia, præter veniale peccatum, quod committimus pecuniam quærendo ad vana, committamus etiam mortale, eo quod alteri sine causa occasionem damus peccandi, nimirum dandi ad usuram? Sorus ait solum esse veniale, & ex cæteris auctoribus colligitur esse mortale, vt ait Maior loco citato, quia vbi non est ius petendi, non est licitum sic petere. Nec obstat, si dicas; Alter est paratus ad peccandum; quoniam licet animo sit paratus, nos tamen ei sumus occasio sine causa iusta, vt nunc actu peccet, lege superius parte prima.

Secundo quæritur, An sit peccatum in eo, qui deponit nummos apud nummularios, siue contractus usurarios exercentes: De hac quæstione S. Thomas 2. 2. quæst. 78. art. 4. Caietan. ibidem. Sorus lib. 6. de Iustitia, qu. 1. ar. 5. Nauarr. c. 14. num. 40. Respondeo, in primis, quando deponuntur apud eos, qui proprias pecunias habent ad usuram exercendam, non est peccatum, quando non sumus occasio, vt nostram pecuniam ad usuram impendant, cum propriam pecuniam ipsi habeant. Deinde, cum deponuntur apud eos, qui proprias pecunias ad usuram non habent, quas exercere, est peccatum, quia tunc causam damus ad usuram exercendam. Sic S. Thom. Sorus, Nauarr. loc. cit.

Tertio quæritur, An sit licitum locare domum meretrici in ea parte Vrbs, vbi meretrices habitare permit-

tuntur? nam id videtur occasionem præbere peccandi. De hoc dubio Nauarrus cap. 17. num. 19. & Maior. 8. dist. 15. q. 35. Respondeo id esse licitum, dummodo non locetur illis domus ad meretricium opus. Ita Nauarr. & Maior. & ratio id probat, quia domus illi locari potest ad habitandum, nam quisque eget ad vitam cibo, potu, vestitu, & habitatione.

Eadem ratione licitum est locare domum alijs peccatoribus, concubinario, aleatori, dummodo locatio sit, vt habitent & viuant, non vt artem peccandi exerceant, quamuis sciamus eos peccaturos, licitum est illis domum locare, vt habitent, & viuant. Sic Nauarr. Maior. Ita etiam licitum est locare domum usurario, non ad usuram exercendam, sed vt habitet, & viuat, dummodo sit indigena, nam usuratio aduenæ in cap. 1. de vsuris prohibetur locatio domus, Syluest. verb. Usura. q. 22. ad finem. Nauarr. vbi supra.

Quarto quæritur, An peccet qui in die ieiunij inuitat vrbauitatis, aut hospitalitatis gratia aliquem ad secum cœnandum, aut in hospitio, vel domo sua cœnandum, cum sit alibi cœnaturus, & cum alio, qui potens sit ieiunare, nec liber sit ab obligatione ieiunij. De hac qu. Caiet. 2. 2. q. 147. ar. 4. Nauarr. c. 2. n. 24. & 25.

Respondeo, in primis, peccatum esse inuitare aliquem obligatum ieiunare ad cœnandum, quoniam non est paratus ad cœnandum.

Secundo, est etiam peccatum inuitare paratum, si inuitetur, vt ieiunium frangat. In his consentiunt Caiet. & Nauarr.

Tercio, excusantur à peccato, qui simplici corde, vrbauitatis tantum gratia inuitant ad cœnam cum, quem sciunt esse virum probum, & vt suæ salutis memorem, & timentem Deum. Sic Caiet. & ratio est, quia tunc ille modus inuitandi, solum est mos quidam vrbauus loquendi, nec est, aut sit ferio; aut alius cœnet, sed beneuolentia; & vrbauitatis sollicitæ conseruandæ, vel conciliandæ gratia.

Quarto, Alibi cœnatum licitum est inuitare, vt in eum cœnet, vel vt cœnet in hospitio, aut domo mea, quoniam non inuito ad cœnam, sed ad locum, & societatem cœnæ, quod non est malum. Ita Caietan. & Nauarr. quamuis reuera aliqua sit difficultas in hoc.

Quinto, Paratum ad cœnam non est licitum inuitare, si nostra inuitatio futura est probabiliter aliqua causa vt cœnet. Ita Caiet. Ratio est, quia licet animo paratus, nostra tamen inuitatio est causa, vt actu peccet. Item, quia paratum ad malum, non est licitum inuitare, vt faciat illud.

Quinto quæritur, An sit licitum ancillæ, vel seruo, vel famulo, vel cuiusque alteri mensam parare, aut ministrare mensæ eorum, qui cum liberi non sint à ieiunio, cœnant tamen. De hoc Caietan. & Nauarr. vbi supra. Secundum quos dico id esse licitum, quia non est cooperari ad peccatum alterius, sed ad substantiam solum illius actus, nimirum, vt cœna est comestio quædam ad nutritionem, & sustentationem animalis.

Item quia opus illud solum est officium, quod præstare solet seruus, vel famulus domino, aut amicus amico, aut hospes hospiti suo. Sic licitum ministrare mensam concubinariorum, vel duorum hæreticorum, vel dominorum in cibo & potu, & epulis, ventrique indulgentium, vel aliorum peccatorum, dummodo non consentiamus peccato eorum, sed solum præstemus officium, vel serui, vel famuli, vel amici, vel hospitis. Sic Nauarr. c. 20. n. 16. & ca. 21. numer. 25.

Sexto quæritur, Quando aliqui ludunt, & tamen peccant ludendo, quoniam est illis ludus prohibitus, An sit peccatum subministrare illis domum, mensam, lumen, quæque his alia similia ad ludum requisita? De hac quæst. Nauarr. c. 20. n. 16. Iuxta cuius mentem dico esse peccatum, & ita videmus hoc esse legibus humanis prohibendum, & puniri eos, qui talia subministrant, quoniam istam materiam præbent ad ludum, qui est prohibitus: sicut etiam

est peccatum subministrare cibum, & potum, qui est alceri prohibitus. Aliud tamen est de eo, qui ministrat mensae eius, qui cenando peccat, quoniam in hoc opere reperitur ipsa substantia operis, quae non est mala, ut dixi, sua natura.

Septimo quaeritur, An sit peccatum vendere meretricibus calceos, sandalia, & vestes? Nauarrus *cap. 2. num. 16.* ait non esse peccatum, quando non est consensus in peccato ipsorum, sed solum fit animo faciendi substantiam operis; nam ipsa substantia operis nimirum uti calceis, sandalijs, vestibus, ornatu, & similibus, non est mala ex se. At Medina *de rebus Restituend. quest. 21.* ait, peccare eos, qui vendunt meretrici laseae ob libidinem fame, fucos, monilia, & alia ornamenta, quia probabiliter praesumitur eam malevsuram eis.

Nauarrus fortasse loquitur solum de vestibus, quibus communiter feminae vtuntur, quae sunt ad vitae vsum necessariae: & Medina loquitur de vestibus, quibus vtuntur meretrices, & feminae ad se ornandum, ut ad libidinem viros incitent.

Octavo quaeritur, An sit peccatum, quando famulus, vel ancilla iuuat concubinam ad se ornandum: Item, quando famulus, vel ancilla aperit ostium adultero venienti, suo heri iubente: aut quando sternit lectum, in quo scit heram cum amasio peccaturam, aut quando iussu herae vocat amasium, ut cum eo colloquatur in vinea, vel horto, vbi scit heram cum amasio solitam peccare, aut quando dicit ei iussu herae, vocat te ad cenam heta mea, & scit cum eo post cenam solitam peccare heram? Nauarrus vbi supra, ait non esse peccatum in primo, & ita idem diceret de secundo, si fecisset mentionem; quia in utroque famulus, vel ancilla, solum concurrit ad substantiam operis indifferentis; & ad obsequium suum debitum herae praestandum, quando id facit, ut obediat herae sine mala alia intentione.

Nono quaeritur, An licitum sit publicis venditoribus vendere chartas luforias, taxillos, fucos, venena, arma, lanceas, gladios, sagittas, balistras, quibus bene & male uti homines possunt? De hac questione Syluester *artic. 25. quest. 3. & 4. Angelus art. 25. numero 2. in fine. Tabien. artic. 15. quest. 3. B. Antonin. par. 3. tit. 8. cap. 4. §. 1. & 2. part. tit. 1. cap. 23. §. 8. Pisan. verb. Negotiatio. num. 4. §. 6. & 7. Rosella verb. Negotiatio. num. 3. 4. 5. & 6. Gabriel in 4. distinct. 15. quest. 13. art. 3. dub. 4. Nauar. in suprema cap. 14. num. 43. & num. 38. Maior in 4. dist. 15. quest. 15. Medina de Rebus Restituend. qu. 31. & tract. de Ieiunio. cap. De ijs. per quae Ecclesiasticum ieiunium soluitur. Caietanus 2. 2. questio. 169. art. 2. ad 4.*

Respondeo, in primis, si vendant, vel accommo dent, quos probabiliter putant, aut credere debent male vsuros his rebus emptis, & quod emunt eas ad malum vsum, tunc peccant, quoniam consentiunt illorum peccato. Item quia perinde est, ac vendere ensen furioso.

Secundo, si vendant ijs, quos probabiliter putent eas res emere ad bonum vsum, non peccant.

Tertio, si promiscue vendunt eas res tum ijs, quos probabiliter vident emere ad malum vsum, quam alijs, quos putant emere ad malum vsum, peccant.

Quarto, Quando dubium, siue incertum est de emptoribus, an emant ad malum vsum, an ad bonum, vt communiter accidit in Republica, non obligantur publici venditores eos examinare, an emant ad bonum, an ad malum vsum: sed licite vendunt eas res illis, quoniam proximus non praesumendus malus, nisi constet. Item non est eorum officium examinare emptorum animum. Item nemo praesumi debet fore salutis immemor. Item emptor tunc iure conueni possit de venditore, quod eum praesumat malum, aut malum iudicet. *Hac omnia Gabriel, Medina, Maior, Caietan. Nauar. vbi supra.*

Hinc iudicari debet, quid sit dicendum de publicis venditoribus, qui in diebus ieiuniorum vendunt cibos prohibitos, quibus soluitur ieiunium: nam eodem modo dicendum est in hac re, atque dixi in praecedenti. Item, quid

sit dicendum de pictore, pingente imaginem puellae lascivae, petitione & precibus lasciuu adolescentis, quem probabiliter credit male, nimirum per libidinem, vsurum ea imagine. Idem dicendum est, quod in praecedenti.

Decimo quaeritur, An licitum sit vendere infidelibus ea, quibus vtuntur ad infidelis cultus ritum seruandum? *De hoc dubio Caiet. 2. 2. quest. 10. ar. 4.*

Respondeo, in primis. Si ea eiusmodi sunt, & ad nihil aliud seruiunt, nisi ad infidelem cultum, non est licitum vendere, qualia sunt idola, signa, & vestes institutae ad cultum infidelium.

Secundo, si ea sunt talia, vt eorum vsus sit communis, qualia sunt animalia, fructus, frondes & flores arborum & vestes communes, & vendantur, vt seruiant ad cultum infidelem, est illicitum.

Tertio, Quando res sunt communes, quarum vsus est indifferens ad bonum, & ad malum, non est peccatum vendere, quia nescimus ad quid ea infidelis emat.

Quarto, Quando sunt res communes, & dubium est, an infidelis emat eas res ad cultum suum, an ad communem vsum, non est peccatum vendere. *Hac omnia Caietanus.* Sed tota difficultas est, quando sunt res communes, & scimus, eas emi ab infideli ad cultum infidelem, an sit licitum eas illis vendere.

Caietanus ait, esse licitum, quia dummodo venditor non consentiat peccato emptoris infidelis in malo vsu futuro, de reliquo non tenetur vitare in illo infideli malum vsum, ad quem scit rem emi. Alij asserunt esse illicitum vendere, quia indirecte venditor consentit in malos vsus futuros, quem scit esse futurum, siquidem tenetur, cum commode potest, vitare proximi peccatum.

Certe probabiliter loquitur Caietanus, quia cum res sit indifferens, qua possit alius bene, & male uti, & venditor vtatur iure suo, quoniam opus est illi rem eam vendere, quando iustam aliquam causam habet vendendi eam rem, male non facit vtendo iure suo, & vendendo eam, & emptor sibi imputet, si emit eam ad malum suum: si tamen venderet sine vlla necessitate, & causa iusta, tunc imputaretur illi malus vsus alterius, & in hoc beneficit secunda aliorum opinio, nec est hoc contra Caietanum.

Vadecimo quaeritur, Quid dicendum sit de femina, ornante se, cum tamen sciat lasciuie se ab alio concupiscendam? *De hoc Caietan. 2. 2. questio. 169. art. 2. ad 3. dubium. Nauar. c. 23. num. 18. 19. Syluest. in verbo Ornatus. q. 4. Tabien. eod. qu. 2. & 3. verb. ofculum. nu. 1. ad finem.* Respondeo. Primo, si ornet se, vt alium ad lasciuam incitet, peccatum est mortale.

Deinde, si ornet se secundum morem patriae, aut pro conditione sui status, aut secundum morem temporis, non est peccatum, quamuis sciat se ab alio concupiscendam lasciuie, dummodo non faciat animo incitandi eum. *Ita Caietan. & Nauar.*

Cuius rei haec est ratio, quia iure suo vtitur in se ornando. Praeterea, si ornet se pro more patriae, vel temporis, vel status sui conditione, licet venialiter peccet, vt ob inanem gloriam, vel iactantiam, vel excedendo aliquantulum in se ornando, non sit peccatum illud veniale mortale ob hoc, quod sciat, vel scire debeat lasciuie se ab alio esse concupiscendam. *Sic Caietanus & Nauar. vbi supra,* quia iure suo vtitur in ornando se, licet aliquantulum excedat in eo.

Postremo, si ornet se absque vlla causa iusta, & sciat, vel scire debeat lasciuie a certa aliqua persona concupiscendam, tunc peccat mortaliter. *Syluest. & Tabien. supra allegati & Maior in 4. dist. 15. quest. 14.* & ratio est, quia negligit salutem Proximi, & occasionem praebet alteri peccandi.

Sed difficultas est, quid sit dicendum, quando aliqui iuvenes sunt parati ex malitia vel praua consuetudine ad lasciuam, an femina peccet ornans se, exhibens se eorum conspectibus sine intentione prouocandi eos ad la-

sciuiam

sciunt? Caiet. & Nauar. videntur dicere, tunc illi non imputari culpam eorum, ac Syluest. & Tabien. potius oppositum insinuant. Dico, si iusta ex causa se ornant, & exhibet aspectui eorum, non peccat. Si autem id faciat sine iusta causa, videtur peccare, quia licet alij sint parati effectui, & actu, peccant tunc, quia ipsa se obijcit eis.

Duodecimo quaeritur, Quid dicendum de foemina domo sua exente, cum videat, vel scire debeat concupiscendam se ab aliquo lasciuie? Caietanus, Nauarr. Syluester, Maior, locis supra allegatis hanc tractant quaestionem.

Respondeo: Quoties iure suo vitur in exendo, nimirum quia habet iustam siue bonam aliquam causam exundi, tunc non peccat, quia iure suo vitur, & alius sua culpa peccat.

Secundo, Non peccat mortaliter, licet exeat ob inane gloriam, vel ob aliam leuem causam, si exundi ius habeat, verbi gratia exit ob sacrum, vel concionem audiendam, vel more patriae exit, tamen leuiter, & vane illa vanitas, vel leuitas est peccatum veniale, non tamen sit mortale, quia sciat lasciuie se concupiscendam ab aliquo. Caiet. Nauar. vbi supra.

Tertio, si exit sine iusta causa, credens, vel credere debens ab alio se concupiscendam lasciuie, peccat mortaliter. Sylu. Maior, Tabien. vbi supra, quia negligit salutem proximi: Sic etiam Medina 12. q. 74. ar. 6.

Decimotertio quaeritur, An foeminae vrentes ornata, quo nuda pectora, & mammillas ostendunt, peccant mortaliter, vt occasione praebentes luxuriae: In alijs similiter viri vrentes certo genere vestis breui, quo pudendi membri formam ostendunt, an mortaliter peccent. Duae sunt opiniones.

Prima, asserentium esse mortale peccatum, licet fiat hoc secundum morem patriae, quoniam talis consuetudo aiunt isti, est ex corruptela. Sic Angelus in verbo, ornatus num. 7.

Secunda opinio est asserentium, non esse mortale, si fiat secundum morem patriae, & absque vlla intentione mala. Sic Caietanus secunda secunda quaest. 196. artic. 2. ad dub. 1. Nauarr. cap. 23. num. 18. & 19. Syluest. verb. Ornatus. q. 7. & Rosel. eod. verb. n. 14. Hoc est probabilius, vt recte probat Caietanus.

At omnes conveniunt, vbi non est talis consuetudo, eam non debere admitti: & esse peccatum, sic vti vestitur: at vbi talis consuetudo posset commode tolli, esset tollenda. Et vti vestitur ita tenui, & perlucido, vt pudenda appareant, esse mortale peccatum.

Decimoquarto quaeritur, Quid dicendum de choreis foeminarum saltantium, & cantantium, ex quibus sequi solent peccata lasciuie, & in quibus misceatur oscula, & tactus manuum, & amplexus? De hoc dicitur in sexto Praecepto.

Reliqua pertinentia ad Quartum Praeceptum, vt de Vitiis alijs oppositis Charitati erga proximum, non sunt ab Auctore perfecta: facile autem reperies apud plerumque Doctores, &c.

*Finis Libri Duodecimi, & totius Tomi
Secundi.*

